Rat und Wissen, als ferner das Geld gereichen mag on Gever, und das sollen die also handeln nach iren Treuen, als sie immer treulichst können und mügen, und als sie Gott darumb antworten wöllen, das es an die Statt, dahin es der obgenannt Herr Heinrich der Wilbrant sel. geschaft und gemaint hat, ewichlich dienent und wartend sei, als ander des obgenannten teutschen Hauses aigen Gut und Gült, und dabei also ein Beleiben hab treulichen, on Gever. Und wann ich obgenannter Leupold der Gumprecht nicht mehr Cammerer wär oder abgieng, ehe das das vorgenannt Gelt gar angelegt würde, so soll der Cammerer, der je nach mir wird, dem vorgenannten Haus zu sant Gilgen einen solchen brief geben, als der gegenwärtig brief steht auf die Summe Geltes, die annoch vorhanden ist, und nicht angelegt war, on Widerred und on alles Gever. Und bei den sachen und handlungen sind gewesen der hochwürdig Fürst, Herr Albrecht Bischof zu Regenspurg, und die Erwürdigen weisen Herren und Gebietiger, hr Hanns von Weningen Commenthur zu Kapfenburg, hr Franz von Wildenstein Commenthur zu Ellingen, hr Wilhalm von Säckendorf Commenthur zu Mässing, hr Hanns Gumpenberger Commenthur zu Werd, und der edel Herr Hadmar Herr zu Laber der Alt, und der weise veste Ritter hr Heinrich der Notthaft zu Weraberg Viztum in Niderbayern, und andere erbare Leuth genug. Und des alles zu Urkhunt gib ich obgenannter Leupold der Gumprecht, an der Zeit der Statt Cammerer dem Commenthur und dem Haus zu St. Gilgen den brief besigelten mit meinem anhangenden Insigel, das ich an den brief gelegt hab nach Heissen meiner Herren vom Rat, der vorgeschriven Sache zu einer Gedächtnus, mir und meinen Erben unentgolten. Das ist geschehen nach Christi Geburt im 1416 Jahr, des nächsten Montags nach sant Jacobstag des heiligen Zwölften.

Num. MXXII. 1417. 26. Maii. Ex Originali.

Albertus Epus Ratigen. confirmat Capellam Ecclesiae in Maerching filialis ad Parochiam Pfoering, quam olim nobilis de Abensberg fundarunt, et modernus Capellanus Rugeres Hatzel dedit, cuius bona ac redditus annosantur. Epus insuper mandat, ut capellanus hebdomadatim missam in Altari S. Hypelithi quavis feria quinta dicat, pro qua missa de dote S. Stephani in Vorchein percepit unus scaffam siliginis, duas aucaes, quatuor galfinas, et quatuor caseros; reliquis diebus autem capellanus celebret missam in capella B. M. V. in Maerching,

ae in servitiis divinis plebandom in Pfoering adjuvet. Datum Ratisponae die 25.
mensis Maii, anno Domini 1417.

Sigillum Epi illaeum appendet.

Num. MXXIII. 1417. 10. Augusti. Ex Originali.

Arbitrament über die Einlösung der Veste Hohenburg im Nordgau ans Hochstift.

Von Gotes genaden wir Friedrich Marggraf zu Brandenburg,
des H. R. R. Erzkamerer und Pürkgraf zu Nürnbergk, Georg Bis-
chof zu Triendl, und Seyfried Abbt zu Ellwangen bekennen
offenlich mit dem Brief, daß wir eine Taidung bereit und gemacht
haben zwischen dem hochgebornen Fürsten, Herrn Ludwigen Pfalz-
grafen zu Mortey an einem, und dem Erwürdigen Herrn Albrechten
Pischofen zu Regenspurg an dem andern Theil, als von der Veste
Hohenburgk wegen gelegen im Norckhaue in solcher Mass, daß
derselbe Herzog Ludwig, oder sein Erben, oder sein Anwalt, —
ob er bei dem Land nicht enwär, — demselben Herrn Albrechten Pi-
schofen zu Regenspurg, seinem Kapitel, oder seinen Nachkommen die
vorgenannte Veste Hohenburgk mit allen ihren Zugehörön zu lö-
sen geben soll auf unser Frauntag Lichtmess schirist kommand,
14. Tage vor oder 14 Tag nach ungefeirlich, um sibenthalb tausend
Gulden ungarisch, wann sie des in derselben Zeit an obgenannten
Hertzogen Ludwig begehren, und auf welchem Tag der obgenann-
te Pischof von Regenspurg, oder sein Kapitl die Lösung und die
Zahlung thun wollen, die zu Regenspurgk geschehen soll. Das sol-
len sie dem vorgenannten Hertzogen Ludwig, seinen Erben, oder
seinem Anwalt 14. Tag zuvor zu wissen thua, gein Inglatat, und
wan sie die Zahlung also getan haben, so sol er In das Schloß mit
sampt allen briefen, die er darumb oder darüber hat, zu stundt an
einantworten, als er desse seinen brief, und der von Regenspurgk
widerumb seinen brief geben habent, also, daß ains mit dem an-
dern zugehe und kain Verzuch daran beschehe, getreulich on alles
Geverde. Und soll auch derselb Hertzog Ludwig die heurige Nut-
zung und Gült, und die vergangen Ausständt davon einnehmen.
Und ob er, oder sein Amtläut diteselb Nutzung oder Gült in der
Zeit nicht gar einbrächten, so sollen In des obgenannten von Re-
genspurgk Amtläut darzu verholzen sein, sie einzubringen von den,
die also schuldich wären, und zu den Zeiten auf den Gütern sitzen,

dass sie ir Hab und Gut erlangen mögen on Geverd; doch sol der Hertzog kain ungewöhnlich Steuer von den Leuten nehmen. Auch sol der égenannt Pischof von Regenspurgk den brief, der da sagt 2400 ungarisch auf Porgen, und ander brief einantworten und übergeben mit sampt den sibenthalb tausend Gulden, so er die Losung thut, dann von etlicher Claimot wegen, die Pischof Johannes seliger vom Hertzogen Ludwig soll inngehabt haben. Darumb soll sich Hertzog Ludwig und der von Regenspurgk zu beider Seit erfarn. Wollte dann Hertzog Ludwig sich mit sciner Foderung mit dem von Regenspurgk nicht vertragen, so soll er umb des Rechten vor seinem Kapitel des Thums zu Regenspurgk gehorsam sein, darob sich Hertzog Ludwig begläuben soll lassen. Und des zu Urkhund haben wir obgenannter Marggraf Friedrich, Georg Pischof zu Trient, und Seifried Abbt zu Ellwang als Schiedteut unser Insigl an diesen brief gehangen, der geben ist zu Costnitz, als man zählt von Christi Geput 1417. Jar, an St. Lorenzen Tag.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MXXIV. 1417. 27. Sept. Ex Originali.

Severs des Hertzogs Ludwig, die Veste Hohenburg dem Hochstift gegen den Pfandschilling zurückzustellen.

Wir Ludwig von Gottes genaden Pfalzgraf bei Rhein, Herzog an Baiern und Graf zu Mortein bekennen öffentlich mit dem brief für uns und unser Erben und Nachkommen umb die Vest Hohenburgk, gelegen auf dem Norkhause, die uns verpfändet ist, dass wir dieselb Vest mit all iren Zugehören und briefen, die wir darumb haben, dem Erwürdigen Herrn Albrechten Pischofen zu Regenspurg, oder seinen Nachkommen, oder dem mehrern Tail des Kapitels, — ob nicht ein Pischof ewär, — zu lösen geben sollen und wollen auf unser Frauendag zu Lichtmessen schirist, 14. Tag vor oder 14. Tag, die nächst darnach kommen, on alles Verziehen und Eintrag um siebenthalb tausend guter ungarischer Gulden; derselb Summ Gulden sein uns jetzo hie zu Costnitz zehn hundert, und 440. gein dem Vitzdom Heinrich Nothaft ausgericht und darumb abgezogen, so habent sie uns 560 fl. bereits auch jetzo hie zu Costnitz ausgericht und bezahlt, das thut alles 2,000 fl. derselben 2,000 fl.

wir sie quitt, ledig und los sagen mit dem brief, *) es bestēn dann noch fünfhalf tausend Gulden ungarisch. Also geloben wir bei unsren Treuen, wan sie die Losung in der obgenannten Zeit also thum wollent, so sollen sie dieselb fünfhalf tausend guter ungarischer Gulden und den brief, der da sagt über 2,400 fl von unserm Vater sel. sein Kelheim in die Statt in Heinrichs Notthafts des Vizdombs in Niederbairn, oder in seines Anwalts, ob er sebb nicht bei Landen enwär, gewalt legen und antwurten; und wan sie das alles gethan habent, und uns oder unserm Anwalt das der égenannt Nothaft oder sein Anwalt schreibet und wissenlich machet in unsrer Statt sein Ingolstatt, daß sie das Gelt und brief, — als oben geschrieben ist, — also in ir Gewalt habent; so sollen wir dann zu Stundt an schaffen und bestellen, daß demselben Pischof von Regenspurgk, oder seinen Nachkōmen, oder dem merern Tait des Kapitals daselbst; — ob nicht ein Pischof enwär, — die Veste Hohenburgk mit allen iren Zugehören zu iren Handen eingeben und einantwurten, getreulich und on Gever, und on alles Verziehen. Und wan das also geschehen ist, so soll uns dann derselb Heinrich Nothaft oder sein Anwalt die obgenannten fünfhalf tausend Gulden ungarisch, und die obgenannten brief einantwurten on alles Eintragen, auch getreulich und on Geverd. Wär aber, daß sie die Losung in der vorgeschriven Zeit nicht thäten, so sollen wir Niemandt fürbas umb die Taidung nichts schuldig sein; die unsre Leber Brueder Marggraf Friedrich zu Brandenburg, Herr Georg Pischof zu Triendl, und Herr Seifried Abbt zu Elwangen zwischen uns gethan haben. Wir sollen auch fürbas in der Zeit khaſt ungewöhnlich Steur auf die arm Leut legen oder von in begern in khain Weſs; doch sollen wir alle vergangen Gült und Schuld, die uns die arm Leut daselbs noch schuldig wären, von in einbringen mit sambt der heurigen Gült zu unserm Nutz, und ob sie des in der Zeit, als wir das Schloß übergeben werden, nicht bezahlen möchten, so sollen doch fürbas des Gottshaus zu Regenspurgk Amptleuth uns geholfen sein, die Schuld einzubringen von dem, die noch schuldig seind, on Gever nach Laut und Sag der brief, die wir darumb haben. Zu Urkundt des briefs, der geben ist mit unsrer Hand ge-

*) Der Ueberrest von 4,600 fl ungarisch ward im folgenden Jahre an Erhard Muckenthaler, des Herzogen Ludwigs Haushofmeister in Ingolstadt entrichtet, wie dessen Quittung dd. Mondtag nach Reminiscere ausweiset.

zeichnet und mit dem anhangenden Insigl besiegelt zu Cosnitz am
Montag vor sand Michaelstag nach Christi Gepurt im 1417 Jar.

Sigillum Ducis appendet.

Num. MXXV. 1418. 14. Jan. Ex Originali.

X. Mandat über die zum Hochstift einzulösende Veste Hohenburg auf
dem Nördgau.

Wir Sigmund von Gottes genaden Römischer König, zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatiens, Croatiens etc. König, bekennen und thuen khunt offenbar mit diesem brief allen den, die in sehen oder hören lesen, daß vor unser Mayestät zwischen dem Erwürdigen Albrechten Pischofen zu Regensburg, unserm Fürsten und lieben Andächtigen, und dem hochgebornen Ludwigen Pfälzgrafen bei Rhein, Hertzogen in Bairn, und Grafen zu Morteyn, unserm lieben Oheim und Fürsten von der Veste Hohenburg wegen auf dem Norkhau gelegen getaidingt worden ist, also, daß derselbe Hertzog Ludwig dem egenannten Albrechten Pischofen, oder den vesten Christophen oder Heinrichen Parspergern unsfern und des Reichs lieben Getreuen statt des egenannten Pischofs die egenannte Veste Hohenburg vom Sonntag schirist khorrend über 8. Tag, der da wird der Sonntag vor Conversionis sancti Pauli, eingeben und on alles Verziehen einantworten soll. So soll auch der vorgenannte Albrecht Pischof dem obgenannten Ludwigen Hertzogen von der ausgelegten Gült und Schuld wegen wiederum thuen, was alsdann der edle Heinrich Nothaft Vitzdom in Nidernbairn, unser und des Reichs lieber Getreuer nach baider Tail Fürbringung erkennen wird; und was er also zwischen in getaidingt hat, dabei sollen dieselben baide Taile bleiben und das halten, und auch ein ganz Benügen daran haben. Auch seindt bei solchen vorgenannten Taidingen, die also vor uns beschehen seindt von der obgenannten Veste wegen, diese nachgeschriven Zeugen gewesen, die Erwürdigen Johannes Erzbischof zu Ryg, Georg Pischof zu Passau unser Canzler, Fürsten und liebe Andächtige, die hochgebornen Friedrich Marggraf zu Brandenburg, des H. R. R. Erzkammerer und Purgraf zu Nürnberg, und Bernhard Marggraf zu Baden, unsere liebe Oheim und Fürsten, die wolgeborenen Graf Günther zu Schwarzenburg, Herr zu Rantzau unser Hofrichter, und Ludwig Graf zu Oet-

tingen unser Hofmeister, alle unser Räth und liebe Getreuen; Solcher Taidung zu einer merern Bekhanntnuß wir auch unser Römischt - Königliches Insigl mit der obgenannten Albrechten Pischofa und Ludwigs Hertzogen Insigeln an diesen brief haben hängen lassen. Gegeben zu Costnitz nach Christi Geburt im 1418 Jar, des Freitags vor St. Antoni Tag, unsrer Reich des hungarischen in dem 31. und des Römischen in dem achten Jar.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MXXVI. 1419. 10. Februarii. Ex Originali.

Confirmatio Epis incorporationis Parochiae Kelheim facta Monasterio Hailsbrunn
Ord. Cistere. •

Albertus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratisponen.
universis et singulis Christi fidelibus presentium inspectoribus cum
infrascriptorum notitia salutem in Domino et omne bonum. Pia
opera piis devotorum affectibus laudabiliter inchoata tam debitiss,
quam studiosis conatibus effectui debito nos convenit mancipare,
ne, quod ad divini cultus augmentum est actum, ad ejus diminutio-
nem tendere videatur. Cum itaque venerabiles et religiosi fratres,
domini Abbas et Conventus Monasterii beate Marie Virginis in
Hailsprung Ordinis Cistercien. Eystetten. Dioc. ut fide digno didi-
cimus testimonio, ante 50. annos proxime revolutos propter exercitum
dive memorie quondam Serenissimi Principis Domini Ludovici Ro-
manorum Imperatoris semper Augusti, quem pro conservatione rei-
publice in partibus et locis dicti Monasterii circumvicinis idem Im-
perator habuit, multiplicita passi dampna, pro eorundem refusione ab
eodem Imperatore jus patronatus Ecclesie parochialis in Kelheim
nostre Diocesis, quod ad eundem Imperatorem suosque posteros no-
tum fuit pleno jure pertinere, sibi et in se transfundi meruerint,
accidentibus consensibus heredum ac Successorum ejusdem Impera-
toris, obtenta Confirmatione Sedis apostolice, et tandem conclusive
legitima Confirmatione sacrosante generalis synodi Concilii Con-
stantien. in modum et forma, quod, quandocunque eandem Eccle-
siam in Kelheim vacare configerit ex cessione vel decessione Rec-
toris dicte Ecclesie, qui tunc erat, vel alias Ecclesiam ipsam quo-
modolibet dimittente, dicti domini abbas et conventus possessionem
ejusdem Ecclesie eis ex donatione, substitutione, confirmationibus

predictis plenissimo jure incorporatam possint apprehendere, ipsam
 intrare, possidere et in suas proprietates et usum applicare, servata
 tamen portione congrua Vicario per ipsos ad eandem presentando,
 qua quidem portione Vicarius pro tempore ibidem existens possit
 onera Ecclesie sufferre, hospitalitatem, victum, amictum et statum
 congruentem tenere, jura papalia et episcopalia persolvere, ac alia
 quomodolibet onera incumbentia subire; — et cum nuper prefata
 Ecclesia parochialis in Kelheim ex libera resignatione quondam do-
 mini Bartholomei Redwitzer pro tempore Rectoris ejusdem vacave-
 rit, ipsique domini abbas et Conventus predicti juxta tenores et vi-
 gorem apostolicarum, imperialium et executorialium litterarum pos-
 sessioni premissae Ecclesie in Kelheim, ut prefertur, eis incorporate
 intraverint, nobisque pro Vicario perpetuo ejusdem primo dilectum
 in Christo Nicolaum Widenmann, ac deinde ex causa permutationis
 dilectum in Christo quondam Johannem Kratzer presbyteros nostre
 Diocesis pro ipsorum in dicta Ecclesia perpetuis Vicariis successivè
 presentaverint, qui etiam a nobis ejusdem presentationis vigore be-
 neficium institutionis nostre ordinarie promeruerunt obtinere, quo
 quidem Johanne Kratzer nuper vitâ functo, dicti domini abbas et
 Conventus tanquam veri ejusdem Ecclesie possessores et patroni di-
 lectum nobis in Christo dominum Fridericum Puchleitter presbyte-
 rum nostre Dioc. ad presens Vicarium ibidem similiter per nos in-
 vestiendum nobis presentaverunt, qui etiam tanquam idoneus et a
 veris patronis nobis presentatus auctoritate Ordinaria solemnissime,
 prout fieri debuit, canonice est institutus; quare pro parte dicto-
 rum venerabilium dominorum abbatis et Conventus Monasterii in
 Hailsprunn nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super premissa
 per nostras collaudationis, confirmationis et ratificationis litteras et
 auctoritate nostra ordinaria providere dignaremur, ne futuri tempo-
 ribus quovis modo verti possit in dubium, premissa omnia et singula
 absque auctoritate nostra Ordinaria et consensu nostro fuisse et esse
 attemptata et expedita: Nos igitur Albertus Epus Ratisponen. consi-
 derantes, petitionem ipsorum hmoi fuisse et esse consonam rationi,
 desiderantesque ipsorum laudabile propositum quoad divini cultus
 augmentum in hac parte favorabiliter confovere, omnia et singula
 premissa, prout rite et rationabiliter impetrata, obtenta, confirmata,
 taxata et executa sunt, ac in futurum taliter observanda et possi-
 denda, dicta auctoritate nostra Ordinaria rata et grata habentes omni
 meliori modo, via, forma et causa, quibus melius de jure valere po-
 test, collaudamus, ratificamus, confirmamus, ac robur habere de-

ceramus perpetue firmitatis presentibus in hiis scriptis, salvis tamen semper nostris et Successorum nostrorum juribus Ordinaris universim et singulariter, quod cedente vel decedente perpetuo ipsorum Vicario memorare Ecclesie in Kelheim dicti domini abbas et conventus nobis et Successoribus nostris perpetuis temporibus, quotiens necessarium fuerit, alium idoneum presbyterum secularem infra tempus debitum in eorum perpetuum Vicarium auctoritate Ordinaria ibidem instituendum presentare procurarent. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes nostre collaudationis et ratificationis litteras majoris Sigilli nostri jussimus appensione communiri. Datum Ratispone sub anno Domini 1419. die vero decima mensis Februarii.

Sigillum Epi nonnihil laesum adpendet.

Num. MXXVII. 1419. 15 et 16. Maii. Ex Originali.

Anno et diebus praenotatis Epus Albertus celebravit Synodum, in qua publicata fuere statuta provincialis Concilii anno 1418. ab Eberardo III. Archiepiscopo Salzburgensi post solutum Concilium Constantiense habiti. Constant 34. Titulis, et habentur apud Dalham Concil. Salisburg. p. 167 — 187. Publicatis hisce statutis provincialibus ex mandato et loco Epi Alberti venerabilis vir dominus Wernherus Aufiger Canonicus Ratisbonensis et Vicarius in Spiritualibus generalis hanc admonitionem publice pronuntiavit.

Fratres et Sacerdotes Domini! Cooperatores Ordinis nostri estis, nos quidem quamvis indigni locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleasari et Itamari, nos vice duodecim Apostolorum, vos autem ad formam septuaginta discipulorum estis, nos pastores vestri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum, nos de vobis rationem reddituri summo pastori Dno nostro Jesu Christo, vos de pleibus vobis commendatis; et ideo Charissimi! videte periculum vestrum: admonemus itaque et obsecramus fraternitatem vestram, ut, quae vobis suggerimus, memoriae commendetis et opere exercere studeatis. In primis admonemus, ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, et in domo vestra foeminas non habeatis; omni nocte ad Nocturnas surgite, cursum vestrum horis destinatis decantate, missarum celebrationes religiose peragite, corpus et sanguinem Domini cum timore et reverentia sumite, Vasa sancta manibus propriis abluite et ex-

tergite: nullus cantet missam, nisi ieiunus, nullus cantet, qui non
 communicet, nullus cantet sine amictu, alba, stola, casula; et haec
 vestimenta nitida sint et ad nullos alias usus adhibeantur, nulla
 foemina ad altare Domini accedat, nec calicem Domini tangat, nullus
 pin ligneo vel in vitro calice audeat missam celebrare, corporale
 mundissimum sit et altare coopertum mundissimum lintheis; su-
 per altare nihil ponatur, nisi capsae et reliquiae, quatuor Evan-
 gelia, pixis cum corpore Christi et Viaticum pro infirmis, cetera
 in nitido loco recondantur. Missale, Plenarium, Lectionarium
 et Antiphonarium unusquisque habeat, locus in Secretario aut jux-
 ta altare sit praeparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra
 abluntur, et ubi vas nitidum dependeat, et ibi Sacerdos manus
 laves post Communionem. Ecclesiae sint bene coopertae et came-
 ratae, et atrium sepe munitum; nullus extra Ecclesiam in domo
 aut in locis non consecratis missam celebret. Omnis Presbyter cle-
 ricum habeat vel scholarem, qui Epistolam legat et ad Missam re-
 spondeat, et eum quo Psalmos legat. Infirmos visitate et eos recon-
 ciliate, et juxta Apostolum oleo sancto ungite, propria manu com-
 municate, et nullus praesumat Communionem tradere laico ad defe-
 rendum infirmo. Nullus vestrum pro baptizandis, infirmantibus visi-
 tandis; aut infirmis reconciliandis aut mortuis sepeliendis praemium
 vel munus exigat. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans
 sine baptismo moriatur; nullus vestrum sit litigiosus et ebriosus, quia
 servum Dei non oportet litigare; nullus arma ferat in seditione, quia
 arma vestra debent esse spiritualia; nullus canum et avium iocis in-
 serviat. Nolite in tabernis bibere; unusquisque vestrum, quantum
 sapit, plebi sue de Evangelio vel de Apostolo die dominica vel fes-
 tivis diebus annuntiet; verbum Domini debetis praedicare; curam
 pauperum peregrinorum et orphanorum habete, et eos ad prandium
 vestrum invitare, estote hospitalis, ut a vobis alii bonum exemplum
 sumant; omni die dominica ante Missam aquam benedictam facite,
 unde populus aspergatur, et ad hoc solum Vas habete; Sacra vasa
 et vestimenta sacerdotalia nolite in vadum dare negotiatori aut ta-
 bernario; nullus vestrum minus dignus poenitentem cujuscunque rei
 gratia ad reconciliationem accipiat et adducat, aut ei reconciliationis
 testimonium ferat; nullus vestrum usurpas exigat et conductor sui foe-
 noris existat. Res et facultates, quas post diem ordinationis vestras
 acquiritis, sciatis ad Ecclesiam pertinere; nullus sine scientia et con-
 sensu nostro Ecclesiam acquirat, nullus per potestatem Saecularium
 Ecclesiam obtineat, nullus per pecuniam Ecclesiam supplantet, nul-

lus Ecclesiam, ad quam titulatus est, dimittat et ad aliam quaestus gratia migret, nullus plures Ecclesias teneat sine adjutorio aliorum Presbyterorum; nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur, nullus alterius parochianum, nisi in itinere vel si sibi placitum fuerit, ad missam recipiat, nullus in alterius Parochia missam cantet absque proprii Presbyteri voluntate et rogatu, nullus decimam ad aliam Ecclesiam pertinentem recipiat, nullus poenitentem permittat carnem manducare et vinum bibere, nisi pro eo ad praesens eleemosynam faciat, nullus praesumat baptizare in Vigiliâ Paschae et Pentecostes, nisi in periculo mortis; unusquisque fontes lapideos habeat, et si non potest habere lapideos, habeat vas aliud ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat. Vide, ut omnibus parochianis vestris Symbolum et orationem dominicam insinuetis. Jejunium quatuor temporum et rogationum, et Letanias majores plebis, vestris omnino observandum insinuate; feria IV. ante quadragesimam plebem ad Confessionem invite et ei juxta qualitatem delicti poenitentiam injungite. Tribus temporibus in anno, id est, in natali Domini, Paschâ et Pentecoste omnes fideles ad Communione corporis et sanguinis Domini accedere admonete, certis temporibus conjugatos ab uxoribus abstinere exhortamini, eulogias post missam in diebus tribuite festivis; nullus induatur vestibus laicalibus; nullus rem aut possessionem aut mancipium Ecclesiae vendere, aut consummare, aut quoconque ingenio alienare praesumat: diem dominicam et alias festivitates absque opere servili a Vesperâ in Vesperam celebrari docete, cantus et choros mulierum in atrio Ecclesiae prohibete, carmina diabolica, quae super mortuos vulgus facere solet, et cachinos, quos exercet sub contestatione Dei omnipotentis, vitate; cum excommunicatis nolite communicare, nullus illis praesentibus praesumat missam celebrare, sed et plebis vobis copamissis hoc annuntiate. Ad nuptias nullus vestrum eat, omnibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat, nisi publice celebratis nuptiis, raptum foeminarum omnimode prohibete, et ut nullus ad proximam sanguinis sui accedat aut talem sponsam ducat. Pastores in festivitatibus vel die dominicâ ad missam facite venire; Patrini filiolis suis Symbolum et orationem dominicam insinuent vel insinuari faciant; chrysma semper sub sera sit aut sub sigillo propter quosdam infideles. Volumus autem, fratres charissimi! quatenus, quae nostra percepistis traditione, (quantum humana patitur infirmitas,) bonis studeatis operibus adipere praestante Domino nostro Iesu Christo.

Num. MXXVIII. 1419. 11. Junii.

Cofoederatio Cleri Provinciae Salisburgensis ad tuendam immunitatem eccliam inita.

Nos Eberhardus Dei gratia Archiepus Salisburgensis; &c. Sedis Apostolicae Legatus, Nos ejusdem gratia Hermannus Frisingensis, Albertus Ratisbonensis, Bertholdus Brixinensis, Ernestus Gurcensis, Engimarus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, et Wolfgangus Lavanius Episcopi, et Provinciae Salisburgensis Suffraganei hisce patentibus attestamur pro nobis et Successoribus nostris. Postquam pro bono publico praetactae Provincie ad recuperandam immunitatem eccliam et bonum regimen Concilium provinciale octava post festum S. Martini die in urbe Salisburgensi per nos Archiepum Eberhardum convocatum et rite celebratum fuit, ubi inter caetera ad dictum Concilium diversi defectus, gravamina et Importunitates delata fuerant, quae nobis nostris Praeletis et Clero a quibusdam saecularibus Principibus, Dominis et Equitibus, Vasallis, eorumque officialibus et subditis in dicta Provincia commorantibus contra pontificalia et caesarea jura, Clerique immunitatem attentantur. Quapropter etiam nos et illud Concilium Serenissimum Principem nostrum, clementissimum Dominum, Dominum Sigismundum, Romanorum Regem pro assistentia contra dicta gravamina humiliter invocavimus, et cum nos ipse noster clementissimus Dominus Romanorum Rex suis regiis litteris destuper assecuraverit, quod nos matura deliberatione et Capituloru[m] nostrorum assensu cofoederaverimus, nosque etiam vigore praesentium cofoederamus sequenti modo, et proximitus etiam hoc foedus servare, nobisque invicem succurrere sub fide principali fideliter et candide. Primo itaque, si aliquis ex saecularibus cuiuscunq[ue] status et conditionis contra unum aut plures nostrum, vel Praeletos, Clericos immunitatem inique egerit, tunc gravatus vel gravati secundum jura aut Statuta hujus Provinciae contra talēm interdictis et excommunicatione procedat vel procedant, donec resipuerit, et parti gravatae satisficerit; et si ejusmodi saecularis persona reniteretur, nec satisfacere vellet, et sic in sua temeritate permaneret, post sex septu[m] annas incepti processus nos invicem invocabimus nostri, nostrorum Praelatorum et Cleri causa pro assistentia contra talēm saecularem personam, et qui ita inter nos invocatus fuerit, is sine mora processum, et excommunicationem patentibus litteris in sua Diocesi contra talēm saecularem publicare tenetur juxta tenorem processus fideliter et candide continuando usque ad rerum resipiscerentiam. Si

zent, et gladium spiritualem censurarum spesnerent, deberetque invocari gladius temporalis, praesertim nostri praenominati clementissimi Domini Romanorum Regis, id fieri debeat nostrorum omnium aut potius e nobis consensu et consilio, ita tamen, ut nos et nostrum quilibet, qui ita invocatus fuerit, ut praemittitur, assistentiam, consilium aut consensum sine mora impetriri teneamur et teneatur, praecolum omni omnino tergiversatione. In quorum omnium fidem et perpetuam rerum scriptarum memoriam hasce litteras fieri, et nostris ac nostrorum Capitulorum dependentibus Sigillis roborari curavimus. Datum anno post nativitatem Christi 1419. Dominica immedia ante festum sancti Antonii.

Dalham Concilia Salisburgensia, pag. 188.

Num. MXXIX. 1419. 21. Augusti. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae ab Egidio Muracher in altari sancti Joannis parochialis Ecclesiae in Naabburg fundatae.

Albertus dei et apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in dno sempiternam. Pastoralis sollicitudo nostri officii nos hortatur et ammonet, ut ea, que zelo devotionis pro divini sunt cultus augmento, et praesertim pro missarum celebrationibus pia prosecutione et votivo anno amplectamur; in hiis enim memoria dominice passionis recolitur, Xpus ipse sumitur, et pro fidelium omnium tam vivorum, quam defunctorum salute imolatur hostia salutaris. Sane quia pro parte fidelis in Xpo nobis sincere dilecti strenui viri Egidii Muraher de N. purga armigeri nre dioc. exhibita nobis petitio continebat, quod ipse ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, beatissime Dei genitricis Virginis Marie, totiusque celestis curie triumphantis, necnon ob anime sue et conthorralis ejus legitime Elizabeth de Vensteinberg, ac progenitorum et Successorum suorum, omnifunque fidelium defunctorum animarum remedium et salutem, divini quoque cultus augmentum unam missam perpetuam in honorem sanctorum Fabiani, Sebastiani, Ursule, Otilie ac omnium Sanctorum perpetuis futuris temporibus super altari sito in Ecclesia sancti Johannis Napurge, circa quod idem Egidius sepulturam suam elegit, et de praesenti corpus quondam Anne conthorralis sue legitime tumulatum existat, per unum idoneum Sacerdotem quasi singulis diebus celebrandum

de consensu et beneplacito plebani ibidem, absque tamen ejusdem plebani prejudicio fundaverit et dotaverit, res et bona sua propria sibi a Deo collata ejusdem misse capellano donando et appropriando, jus patronatus vero seu presentandi capellanum ad eandem missam sibi et certis ejus consanguineis, nec non plebantu in Napurga, alias Persen pro tempore existenti, postquam ipse Egidius atque dicti sui consanguinei decesserint, in perpetuum retinendo, ita, quod ipse Egidius et iudeum ejus consanguinei ad dies vite ipsorum, et deinde plebanus in Napurga alias Persen pro tempore existens in perpetuum possint et debeant totiens, quotiens ipsam missam vacare contigerit, alium eligere presbyterum idoneum et discretum, eundemque nobis et Successoribus nostris infra tempus a sacris canonibus diffinitum presentare, per nos aut Vicarium nostrum ad eandem missam instituendum, prout, hec et alia in litteris foundationis et dotationis super confectis plebius continetur, Nos ejusdem misse foundationem et dotationem ac rerum et bonorum appropriatorum admittere, et ex speciali gratia confirmare dignaremur: Nos igitur volentes prefati Egidii commendandum in quo propositum favorabiliiter promovere, predicte misse foundationem, dationem, institutionem, ac rerum et bonorum donationem et appropriationem, et omnia ac singula in ipsa littera dotationis conscripta, quam cum presentibus nostris litteris deponi volumus et conservari, in omnibus suis clausulis, capitulis et penis universis auctoritate nostra Ordinaria confirmamus, auctorizamus, ratificamus et approbamus, ac robur habere decernimus perpetue firmatis solemniter in hiis scriptis, prohibentes sub intermissione districti judicii ac excommunicationis pena, ne quis adversus omnia et singula premissa facere aut ea aysu temerario violere et infringere, seu de censibus dicte misse appropriatis et in futurum appropriandis quidquam minuere, distrahere et ab eadem missa alienare presumat quovis modo, prout ultiorum omnipotentis Dei atque penas et sententias in rebelles ferendas voluerint evitare. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes Litteras nostre Confirmationis Sigilli nostri pontificalis jussimus appensione roborari. Datum Ratispone die, 21. mensis Augusti, anno a nativitate Domini 1419.

Sigillum Epi illaeum adpendet.

Num. MXXX. 1419. 23. Aug. Ex. Diplomatario.

Appropriatio feudi in Särching facta ab Epo Alberto Commandatori domus teuton. Ratisbonae.

Wir Albrecht von Gottes genaden Bischoff zu Regenspuren
bekennen für uns und für all unser Nachkommen öffentlich mit dem
Brief, daß wir mit Rat und Willen unsers Capitels dez Tums zu
Regensburg alle die Lehenschaft zu Särching, die die ersamen we-
sen, der Rat der Stadt zu Regensburg von uns und unsern Vorfodern
zu Leben gehabt haben, besucht und unbesucht, geaigent haben und
ewiglich aigen mit krafft des briefs den erbern geistlichen Herren
Hannsen dem Gumppenberger, die Zeit Commeithur des teutschen
Haus zu St. Gilgen zu Regensburg, und gemainichlichen dem Con-
vent und der Sammung doselben und allen ihren Nachkommen,
oder wer dieselben Gut je dann innhat, fridlich und freitlich thozu-
haben für rechtes freyes ledigs Aigen, daß wir uns, noch unserm
Gottshaus nichts darin ausgenommen, noch behalten haben, und
verzeihen uns derselben Lehenschaft zu durchschlecht mit dem ge-
genwärtigen Brief, als fern, daß wir, noch unser Nachkommen,
noch unser Capitel und Gottshaus darauf, noch darnach kain An-
sprach, noch Voderung nicht mehr haben, noch gewinhen sollen,
noch mügen weder mit geistlichen, noch weltlichen Rechten, noch
ohn Recht in kain Weis; und ob inen oder iren Nachkommen
Irrung oder Ansprach von uns oder unsern Nachkommen darin ge-
schäh, welcherlai schaden sie, oder wer dieselben Gut innhat, des
nehmen, den sollen wir ihnen ausrichten, und sie sollen auch des
gewartet sein hintz uns und hintz unsrem Nachkommen. Daß dem
benannten Hauss, dem Commenthur, dem Convent und der Sam-
mung zu St. Gilgen, oder wer die Gut und den brief innehalt und
fürbringt, das alles also stät und unzerbrochen bleib, zu Urkhund
und Bestättichait geben wir ihnen den Brief besigelten mit unserm
Insigel, und darzu mit unsers Capitels Insigel, das sie zusamt dem
unsrem an den Brief gehangen haben der sach und aigenschaft zu
einer Gezeugnüs und Bestättigung ihr jeglichem, ihrem Capitel,
und allen ihres Capitels Leuten und Gut on al Schaden und Ge-
presten. Das ist geschehen nach Christi Geburt im 1419 Jahr, an
sand Bartholomäus Abent, des heiligen Zwölfbothen.

Num. MXXXI. 1420. 2. Octobris. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. per arbitramentum assumptis quatuor coarbitris ex Capitulo cathedrali decidit item inter duum Stephanum Salzbogem Canonicum Ecclesiae maj. et Praepositem Ecclesiae Collegiate sancti Joannis Ratispon. ex una, ac Decanum totumque Capitulum hujus Collegiate ex altera parte ratione et occasione distributionis et divisionis praebendarum ortam in hunc modum: 1) bona amicitia inter partes praedictas fideliter observetur, ita, quod una pars ergo aliam occasione litium et controversiarum inter easdem partes exortarum nihil inimicitiae, odii, insidiarum et fraudis concipiat, habeat aut moliatur, nec quovis quaesito colore per se vel alium publice vel occulte, directe vel indirecje aliquam materiam quaestionis seu altercationis una pars alteri moveat de novo; 2) dictus Praepositus sancti Joannis de officio cellarii habeat temporibus futuris medium praebendarum in blado, vino, et denaria, prout quilibet Canonorum habet et percipit, ex officio vero oblagii idem dominus Praepositus nihil ultra exigat, praeter deputatum per ipsum et Antecessores suos, Praepositos ibidem hactenus percipi et levari consuetum, et distributio hanc primo incipi debet ab ipso Praeposito; 3) Praesentiae vero dictae Ecclesiae sancti Joannis suis temporibus, videlicet in festivitatibus et anniversariis institutis in Choro ejusdem Ecclesiae distribuantur personis, quibus dari consueverunt; 4) Statuta sancti Joannis per Eum Henricum facta et edita, Sigilloque praefati Epi, ne non Praepositi, Decani et Capituli dictae Ecclesiae sancti Joannis robورata in sua roboris firmitate inviolabiliter permaneant. In cuius rei testimonium praesentes Litterae nostro Secreto, ne non praedictorum Praepositi, Decani et Capituli Ecclesiae sancti Joannis Sigillis appendentibus sunt roborate. Datum et actum Ratisponae anno Domini 1420. die vero 2. mensis Octobris.

Quatuor Sigilla integra adpendent.

Num. MXXXII. 1421. 21. Junii. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. confirmat missas perpetuas, seu Beneficia in Civitate Ambergensi fundata, 1. ad sanctum Georgium in capella sancti Udalrichi super carnario (auf dem Gottesacker), quam bonae memoriae quondam anno 1380 Gebhardus Salzkafer fundavit, 2. in Ecclesia sancti Martini et altari sancti Michaelis, vulgariter angelicam missam nuncupatam, quam dudum circa annum 1364. Preconsulea et Consules de bonis ipsorum communibus fundarunt. 3. in hospitali in altari sancti Bartholomei, quam bonae memoriae quondam circa annum 1380. Henricus

Effenstetter fundavit, cum consensu et voluntate Conradi Eck plebani in Amberg.
Datum Ratisponae die 21. mensis Junii, anno a nativitate Domini 1421.

Duo Sigilla Epi, et plebani Amberg, integra adpendent.

Num. MXXXIII. 1422. 1. Octob. Ex Originali.

Litteræ Investiturae a Rege Sigismundo concessae Joanni Epo Ratisbonensi.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie Rex etc. notum facimus universis. Etsi regalis dignitatis clementia universorum fidelium, quos Imperii sacri latitudo complectitur, felicibus profectibus, gratis, commodis et speratis augmentis favorabiliter dignatur intendere, ad illorum tamen proiectus et commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum fides, vota, merita, prompteque devotionis integritas continuatis studiis ceteros antecedunt. Sane accedens ad nostre presentiam Majestatis venerabilis Joannes Epus Ratispon. Princeps noster devotus et dilectus nobis humiliter supplicavit, quatenus sibi omnia sua et Ecclesie sue Ratispon. Regalia sive feuda conferre, ipsumque de eisdem investire generosius dignarempur. Nos itaque, qui quorumlibet juste potentium vota complectimur generose, presertim cum juste potentibus non sit denegandus assensus, sibi animo deliberato sanoque, Principum, Baronum, Nobilium et Procerum nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, autoritateque Romana Regia, receptoque ab eodem fidelitatis, subjectionis et obedientie juramento debito et consuetō regalia, necnon temporalia sive feuda dicte sue Ratispon. Ecclesie, que singulare quoddam et insigne membrum Romani existit Imperii, cum universis et singulis suis attinentiis, ac mero et mixto imperio, et etiam exercitio jurisdictionis temporalis, necnon universis suis juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis et pertinentiis, sicut eadem bone memorie sui Predecessores Epi Ratispon. hactenus possederunt, contulimus et conferimus, ac ipsum de iisdem investivimus, et tenore presentium investimus, mandantes universis et singulis Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus, ceterisque Civitatum et locorum dicti Epatus et Ecclesiae Ratispon. subditis nostris et Imperii sacri fidelibus, quatenus eidem Joanni Ratispon. Epo tanquam vero Ordinario et legitimo suo Domino in omnibus et singulis tam in judiciis, quam in aliis exercitiis jurisdictionis tempo-

ralis concernentibus reverenter, firmiter et debite parere ac obedire debeant et intendere, difficultate et impedimento quibuslibet procul motis, supplentes omnem defectum, si quis ex defectu verborum, sententiarum obscuritate ac solemnitatis omisso compertus fuerit quomodolibet in premissis, de plenitudine Romane Regie Potestatis presentium sub nostre Majestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Ratispone anno Domini 1422. die prima mensis Octobris, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno tricesimo sexto, Romanorum tredecimo, Bohemie vero tertio.

Sigillum majestat. adpendet.

Eiusdem fere tenoris sunt omnes sequentes hmoi Litterae, dictae regales.

Num. MXXXIV. 1422. 10. Octobris. Ex Originali.

Papa Martinus V. incorporat ad preces Epi Joannis Suffraganeo Ratisbonensi Parochiam Eglosheim.

Martinus Epus Servus Servorum Dei. Dilecto filio abbatii Monasterii sancti Jacobi Scotorum Ratisponen. salutem et apostolicam benedictionem. Exigit devotionis sinceritas, quam venerabilis frater noster Johannes Epus Ratisponen. ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, ut petitionibus suis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte ipsius Epi nobis nuper exhibita continebat, quod ipse attendens, quod pro suis et Ecclesie sue Ratisponensis spiritualiter et temporaliter tuendis bonis, rebus et iuribus promovendis, et prosequendis negotiis plurimum occupatus existens pontificale officium in suis Civitate et Diocesi Ratisponen. nequiret, ut congrueret, commode exercere per seipsum ad instar nonnullorum Predecessorum suorum. Eporum Ratisponen. qui hactenus fuerant, alium Epum catholicum gratiam et communionem apostolice Sedis habentem, qui Pontificalia pro eodem Johanne Epo exerceret in Civitate et Diocesi supradictis, deputavit, et ne ipse alius Epus, qui pro tempore fuerit ad exercenda Pontificalia deputatus, pressus forsitan inopia, pro clericis ordinandis aut aliis Pontificalibus exercendis, ut hactenus non sine evidenti scandalo et discrimine animarum in abusum deductum fuit, munera recipiat, quinimo manus suas executando ab omni munere hmoi Pontificalia gratis, sicut decet, exerceat condecenter, desiderat hmoi alteri Epo, qui pro tempore fuerit, de aliquo provisionis auxilio pro status sui decencia provi-

deri. Quare pro parte ipstius Johannis Epi assetentis, quod fructus redditus et proventus mense sue Ratisponen. adeo diminuti existunt, quod de illis hmoi alteri Epo commode providere non valet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut parochialem Ecclesiam in Alteneg-
 lofsheim dictae Diocesis, cuius collatio et provisio, cum vacat, ad Epm Ratisponen. pro tempore existentem pertinet, et cuius fructus, redditus et proventus sexcentarum marcharum argenti secundum communem existimationem valorem annum, ut asseritur, non excedunt, ad usum et pro decenti sustentatione hmoi alterius Epi perpetuo incorporare, annexere et unire de benignitate aplca dignarremur. Nos igitur, qui hodie resignationem per dilectum Johannem Aperger, olim ipsius parochialis Ecclesie Rectorem de dicta Ecclesia, quam tunc obtinebat, per dilectum filium Wernherum perpetuum Vicarium in Ecclesia sancte Marie Erford. Dioc. Moguntinen. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam duximus admittendam, de premissis certam notitiam non habentes, hmoi supplicationibus inclinati discretioni tue per aplca scripta committimus et mandamus, quatinus de premissis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hmoi ita esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, prefatam parochialem Ecclesiam, de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit sive potest, pro eo, quod nos dudum omnes parochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura tunc apud Sedem apostolicam vacantia et in antea vadatura collationi et dispositioni nostre reservavimus, decedentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter continget attempari per hmoi resignationem vacante, etiam si alio quovis modo aut ex alterius ejusunque persona, vel per Constitutionem felicis recordationis Jo-
 hanis Pape XXII. Predecessoris nostri, que incipit Execrabilis - va-
 cet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Late-
 ranen. Statuta Concilii ad Sedem aplcam legitime devoluta, vel ipsa parochialis Ecclesia specialiter aut per hmoi resignationem vel alias generaliter dispositioni apostolice reservata existat, et super ea in Romana curia vel extra circa eam lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate mense auctoritate nostra in perpetuum incorpores, unias et annexas, ac ejusdem Ecclesie fructus, redditus et proventus, jura et obventiones quecumque hmoi alteri Epo, qui pro tempore fuerit, pro eius sustentatione deputes et assignes, ita,

quod ex tunc ipse Joannes per se vel alium seu alios corporalem possessionem parochialis Ecclesie, juriumque et pertinentiarum predictorum ad usum prefati alterius Epi, etiam si fratrum minorum vel alicujus alterius Ordinis mendicantium professus fuerit, auctoritate propria libere recipere et habere, nec non hmoi illius fructus, redditus et proventus eidem alteri Epo, quamdiu Pontificalia hmoi exercuerit, pro hmoi status decentia ministrare integre possit et debeat, ac etiam teneatur, non obstantibus tam pie memorie Bonifacii Pape VIII. etiam Predecessoris nostri, quam aliis Constitutionibus aplcis, nec non statutis et consuetudinibus cujuscunque Monasterii seu Domus et Ordinis, etiam mendicantium et fratrum minorum, cuius forsitan hmoi alium Epum professum esse contigeret, juramento, confirmatione aplos, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de parochialibus Ecclesiis aut aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte Sedis vel Legatorum ejus litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem, et quecumque inde secuta ad dictam parochialem Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem parochialium Ecclesiarum aut Beneficiorum, aliorumque prejudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris aplcis generalibus vel specialibus, quorunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua ejusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod iidem Joannes et Successores Epi Ratisponenses dictam parochialem Ecclesiam ac illius curam animarum per secularem Presbyterum idoneum ad eorum nutum ponendum et removendum regere et gubernare facere teneantur. Nos enim, prout est, irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Datum Rome apud sanctam Mariam majorem, VI. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

Plumbum: Martinus PP. V.

Num. MXXXV. 1424. 5. Januarii.

Joannes Epus Ratisponensis confirmat Collegiae in Altenoetting jus. Patrōnatus Ecclesiae in Oberneibach a Duce Bavariae Heinrico obtentum. Datum Ratisponae die 5. mensis Januarii, anno Domini 1424.

Hundii Metrop. III. 52. Edit. Ratisbon.

Num. MXXXVI. 1424. 24. Maii. Ex Originali.

Confirmatio immunitatum a theloneo facta a Duce Bav. Epo Ratisbonensi.

Wir Johannes von Gottes genaden Pfalzgraf bei Rein, Herzog in Bayrn, Graf von Hennegau, Holland und Seeland etc. bekennen für uns, unser erben und nachkommen öffentlich mit dem brief. Wann der Hochwürdig in Gott Vater, Herr Johans Bischof zu Regenspurg an uns pracht hat sein und seines Gotshaus nothurst von sein Wein und Getraids wegen, so ihm auf seines Gotshaus Grund und aigen Gütern in Oesterreich wächst und wirdet, wie das in unser Mauthner an unser Mauthstetten in unsren landen in Bayrn damit aufhalten und Mauthe davon meinen zu haben. Als in aber unsere Vordern sälige allzeit gefürdert, und Gottes lob und dienst gemeret haben, so wollen wir auch, das das bei uns nit geminnert werde, und darumb, das die erwürdige Stüft Gottes lob und dienst dester bas volbringen und halten mügen, und desto minner abgangs gewinnen, so haben wir mit verdachtem gutem Willen dem obgenannten Bischof und seinen erwürdigen Stüft, der St. Peterskirche zu Regenspurg und allen seinen Nachkommen die genade und freiheit gegeben, und geben auch die mit kraft des briefs, das sie all ir Wein und getraid, so in auf irem grund und aigen Gütern in dem lande zu Oesterreich wächst und wird, durch unser lande zu Bayrn an der Tonau herauf bis gein Regenspurg mauthfrey und zollfrey on alle irrung führen und bringen mügen. Und darumb so gepietten wir unsren Vicedomen und unsren Mauthnern an der Tonau in unsren landen in Bayrn, wer die seyn, das Ir den obgenannten Bischofen, und sein erwürdig Stüft und Gotshaus bey solch genaden und freiheiten halten und schützen wölfet, und Niemand gestatten, sie daran zu irren oder zu beschweren in khain Weis bey unsren hulden und genaden, mit urkundt diess briefs, den wir dem obgenannten Bischofe und seinen Nachkommen geben,

besiegelt mit unserm anhangenden Insigl für uns, unser erben und nachkommen. Das ist geschehen in dem Hage auf Mittwochen nach dem Sonntag Cantate, als man zählt 1424 Jar nach Christi Geput.

Sigillum. Ducis appendet.

Num. MXXXVII. 1424. 27: Octobris.

Joannes Epus Ratisbonensis confirmat quatuor missas à Ducibus Bavariae Friderico, Stephano et Joanne in Parthenone Seligenthal fundatas de Steura Ci- vium Landishutianorum. Ies Patronatus permaneat apud Duxes Bavariae. Datum Ratisponae anno Domini 1424. die vero 27. mensis Octobris.

Mon. Boie. XV. 493.

Num. MXXXVIII. 1425. 25. Junii. Ex Originali.

Martinus Papa V. Monasterio superiori Ratispon. confirmat unionem, annexionem et incorporationem Parochiae Tegernheim vacantis per liberam resignationem Joannis Streitberger Canonici Ecclesiae Ratispon. in Epum ejusdem Ecclesiae canonice electi ac apostolica auctoritate confirmati, olim factas per summum Pontificem Joannem XXIII. suum Praedecessorem immediatum, supplens omnes defectus, si qui forsan intervinerint in eisdem, eamque de novo incorporat, annexit et unit, ita, quod licet Abbatissae et Conventui, possessiōnem ipsius Ecclesiae parochialis sic vacantis, illiusque fructus, redditus et proventus (reservata tamen pro Vicario congrua portione) in suos et ipsius Monasterii usus perpetuo convertere ac etiam retinere, Diocesani loci, et alterius cuiuscunq; super hoc licentia minime requisita. „Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostrae confirmationis, communionis, suppletionis, incorporationis, annexionis, unionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud sanctam Mariam maiorem VII. Kalend. Julii 1425. Pontificatus nostri anno quinto.“

Plumbum: Martinus PP. V.

Numb. MXXXIX. 1426. 31. Octobris. Ex Originali.

Ioannes Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam a matrona Kunegunde, quondam Stephanii Hausmettinger p. m. reicta, nunc vero providi viri Georgii Odenreuter oppidani in Straubing uxore in Capella B. M. V. in Hayndling fundatam, *) per residentem Sacerdotem quotidie legendam, cuius jus praeresentationis abbatii San-Emmeramensi ab Eps reservatur. Arrotantur simul bona, proven-
tus et census ad dictam missam spectantes. Datum Ratisponae die ultima mensis Octobris, anno dni 1426.

Sigillum Epi Joannis illacum adpendet.

*) Dicitur Fruh- oder Andreas-Messe. Ibidem extant duas fundationes antiquiores:

ductam qualibet secunda feria post dominicam Invocavit peragen-
dum de nocte cum Vigiliis et altero die cum Officio defunctorum
fundaverit, quodque in dotem hmoi foundationis tres scaffias siliginis
et unam libram denar. Ratispon. annui et perpetui Census ex Curia
quadam dicta Harhof ipsi Capellano et suis Successoribus perpe-
tuis futuris temporibus assignaverit et appropriaverit, prout hec et
alia in litteris foundationis et dotationis desuper confectis, Sigillisque
prefati dni Conradi, Friderici et Udalrici Sinzenhofer appendentibus
sigillatis coram nobis exhibitis et productis, quas apud presentes (lit-
teras Confirmationis) servari volumus, vidimus plenus contineri.

Quare pro parte dicti dni Conradi Vicarii nri nobis fuit cum instantia debita supplicatum, quatenus fundationi et dotationi predictis robur Confirmationis adiucere, illasque admittere, approbare et ratificare auctoritate nra Ordinaria dignaremur: Nos igitur, qui divinum cultum nris temporibus intensis desideriis adaugeri cupimus, laudabilemque ipsius Conradi intentionem grato affectu amplectentes et in dno commendantes, ipsumque in suo laudabili proposito confovere cupientes, predictas fundationem, erectionem et dotationem, prout eas rite ac rationabiliter factas reperimus, auctoritate nostra Ordinaria admittimus, approbamus et in dei nomine confirmamus presentium per tenorem, volentes, quod omnia et singula circa fundationem et dotationem predictas ordinata cum omnibus modificationibus, conditionibus, oneribus et penis in litteris fundationis descriptis et expressis, perpetuo gaudeant roboris firmitate. Prohibemus igitur sub in terminacione districti judicii et maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel ipsorum aliquod facere aut venire, seu ipsa ausu temerario infringere sive violare; aut de bonis jam donatis sive in postrem donandis contra formam fundationis quicquam distrahere aut alienare quoquo modo presumat sub gravissima omnipotentis dei ultione sacrorumque Canonum penarum formidine durissima. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique officii Vicarius nri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone die 22. mensis Decembris, anno a nativitate domini 1479.

Sigillum Vicariatus appendet.

Num. MCXII. 1480. 9. Junii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. ad preces abbatis Johannis et Conventus monasterii sancti Emmerami Ord. sancti Benedicti Ratispon. Parochiam seu Praeposituram Boemisch bruck unit, annexit ac incorporat cum omnibus et singulis suis fructibus, redditibus, proventibus et juribus, reservata tamen portione congrua pro futuro Vicario ibidem instituendo, ex qua congrue sustentari, Episcopalia jura solvere ac alia ipsi Praepositurae incumbentia onera valeat supportare, proviso tamen, quod dicta Parochia seu Praepositura debitibus propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur. „In quorum fidem et testimonium praesentes litteras exinde fieri, nostrique pontificalis jussimus et fecimus, necnon Capituli nostri Sigillorum appensionibus communiri. Datum et actum Ratisponae in Curia

nostra Episcopali sub anno a nativitate Domini 1480. Indict XIII. die vero Veneris nona mensis Junii, Pontificatus sumi in Christo Patris et Domini nostri Sixti Papae IV. anno nono.⁴⁴

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MCXIII. 1481. 10. Januarii. Ex Diplomatario.

Leonhard der Seyboldstorfer zu Ritterswerd nebst Margareth seiner ehelichen Hausfrau stiftet mit Einstimmung des Erhard Kolb Dekans und Pfarrers in Geisenfeld eine ewige Messe in der Schlosskapelle zu Ritterswerd, und widmet dazu einen Hof im Dorfe Zell, einen Hof in Oberzell, einen Hof in Rotteneck und einen in Kleinmünster, ein Gut zu Hardt nebst einigen Häusern und Hofstätten in Geisenfeld und Zell. Die Lehenschaft dieser Messe bleibe bey den Besitzern des Schlosses Ritterswerd, und der Kaplan soll in jeder Woche 5. Messen lesen, und zu heiligen Zeiten in der Pfarrkirche zu Geisenfeld mit dem Pfarrer zu Chor stehen. Der Stifter siegelse. Gegeben am Mittwoch nach St. Erhardstag des heiligen Bischofes, als man zählt nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1481 Jahre.

Bischof Heinrich hat im nämlichen Jahre obige Stiftung bestätigt.

Num. MCXIV. 1482. 17. Octobris. Ex Originali.

Joannes de Trebra Decretorum doctor, Canonicus et Vicarius Ratispon. in spiritualibus generalis confirmat missam perpetuam, quam anno 1480. Anna, relicta vidua Alberti Heupel civis Ambergae, ibidem in altari B. V. M. in Ecclesia parochiali sancti Martini a parte posteriori et manu sinistra juxta portam in honorum B. V. M. ac sancti Urbani dedicato, vulgariter der Weinzierl-Bruderschaftsaltar nuncupato fundavit. Datum Ratisponae die 17. mensis Octobris, anno a nativitate Domini 1482.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXV. 1483. 3. Novemboris. Ex Originali.

Confirmatio Episcopalis Beneficii ad sanctum Kilianum Ratisbonae a Conrado Onsorg fundati.

Nos Heinricus dei gra Epus Ratispon. universis et singulis
Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino sempiternam.

Piis potentium desideriis benignum nos convenit adhibere consensum, ut, dum illorum pia opera prosequimur, priorum etiam suorum participes fieri mereamur. Dudum missa ebdomadalis perpetua capelle sancti Kiliani Civitatis Ratisponensis per venerabilem bone memorie dnum Conradum Onsorg in decretis Licentiatum, tunc Canonicum Ecclesie nostre Ratisponensis omnibus diebus dominicis in eadem celebranda fundata, meminimus eandem de anno dñi 1481. in Vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum gloriosissimorum sub ac cum fructibus, redditibus et censibus confirmasse sequentibus, videlicet ex curia officii appellata Ambthof, seu verius juribus super eadem vulgariter Erbrechten juxta Ecclesiam parochiale in Talmäfsing unacum coherentibus, pertinentiis et prediis suis urbanis et rusticis, quam nunc Conradus Amann jure emphiteotico colit et possidet, unam scaffam tritici, item ex domo seu area et ortis confinibus ad domum Marquardi Vorster, nec non ex Vinea juxta Villam Ortt, cujus fines tangunt vineam Ulrici Mathes, appellata Putzner in loco dicto Niderfraureut, et ex Vinea beate Virginis in Ortt unacum agro ad ipsam pertinente, que quidem ad Martinum Brobst in Ortt et Barbaram uxorem suam spectant atque pertinent; item ex domo et fundo in Tegernheim, quam Georgius Rauber inhabitat, et ex agro suo in campo a tergo domus predicte, prout itur ad Thumstauf, et ex omnibus pertinentiis eorundem 60 denarios Ratisponen. ipsisque redditibus et censibus hmoi prememorata missa ut prefertur dotata, jus patronatus seu presentandi ejusdem dilecto in Xpo dno Udalrico Onsorg Canonico Ecclesie veteris Capelle Ratispone fratri dicti dni Conradi de illius consensu et voluntate ad vitam suam duntaxat, et post ejus obitum deinceps possessori domus Capelle predicte perpetuis futuris temporibus reservasse. Et quoniam missa Capelle beati Kiliani sic instituta et confirmata honorabili dno Petro Mayer ad presentationem dicti dni Udalrici collata noscitur, idemque dñus Petrus ex singulari attentione et devotione, quam ad intemeratam Dei genitricem in eodem loco generose et venerabiliter subvenientem atque immorantem speciali zelo et fervore accensus permotusque existit, ad divinum cultum ibidein augmentandum, et beneficio misse hujus adhuc exigue provise ac dotate ulterius providendi; ad laudem igitur et honorem omnipotentis Dei, et dictae sue integrerrime genitricis Virginis Marie, sanctique Kiliani, et Sanctorum ejus obtulit se coram nobis ad assignandum et donandum ad prefatam missam de suis facultatibus et redditibus propriis unam scaffam tritici et unam scaffam siliqais annues, quas quidem a Michaeli Krie.

ger in Malgossing et Agnete uxore ipsius legitima in et ex prediis liberis comparavit, sequentibus videlicet, ex 4. agris, quorum unus contiguus est fovee appellate die Laimgrube, alter juxta Anwanten auf dem Mülwege, tertius in campo superiori in valle, vulgariter am Obernvelde im Grunde, quartus in eodem campo am Anwanter, et ex diurnali prati appellati die Oberndorf-ferin in der Nideraue, et ex dimidio diurnali pratorum ibidem, ita tamen sub his modo et forma jam dicta jura et census ad ipsam missam conferendo, quod deinceps et in futurum perpetuis temporibus in capella sancti Kiliani suprafata die Sabbati una missa annua ultra missam dominicalem predictam etiam legatur et peragatur, quodque eandem missam Sabbatinam idem Sacerdos seu Capellanus, ut prefertur, ad dominicalem institutus seu instituendus etiam legat, et censeatur unum dntaxat beneficium seu missa perpetua, feceruntque nobis idem Petrus unacum dicto dno Ulrico supplicari humillime, quatenus premissam donationem acceptam, utramque missam perpetuis temporibus celebrandam, ut prefertur, confirmare atque in unum beneficium sub pristino jure, presertim et quoad possessorum domus dntaxat presentandi redigere curaremus. Nos itaque Heinricus Epus prelibatus illud justum fore pro divini cultus augmentatione, ad officiumque nostrum pertinere existimantes, prefatam donationem admittimus, approbamus et unacum dictis missis ex certa Scientia confirmamus, volentes atque confirmando constituentes utramque missam tam dominicalem, quam Sabbatinam per Capellanum seu altaristam dnum Petrum predictum et ejus Successores in Capella predicta perpetuis futuris temporibus celebrari, ipsamque fieri, ut superius est expressum, inhibentes in virtute obedientie et sub interminatione maledictionis eterne, ne quis ea audiat infringere aut eis ausu temerario contravenire. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique Officii Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone tertia die mensis Novembris anno a nativitate Domini 1483.

Sigillum Vicariatus cum S. Petro in navicula adpendet.

Num. MCXVI. 1484. 8. Februarii. Ex Originali.

Concordia de tuenda libertate Ecclesie etc.

Nos Franciscus prepositus, Johannes decanus, et totum Capitulum Ecclie Ratisponen. Johannes sancti Emmerami, David sancti Jacobi Monasteriorum abbates, Agnes inferioris, Sibilla superioris, Anna sancti Pauli Monasteriorum abbatissae, Johannes veteris Capelle, Michael sancti Johannis Ecclesiarum decani, Capitula et Conventus Ecclesiarum et Monasteriorum eorundem, Conradus commendator sci Leonardi, plebani, chorivicarii, capellani, altariste et beneficiati Civitatis Ratispon. fatemur et recognoscimus sub tenore presentium, quod, quia inter nos ex una, ac consules, proconsules et cives ejusdem Civitatis Ratisponensis de et super tuenda et conservanda libertate Ecclesie, juribusque, privilegiis, et hactenus observatis rationabilibus consuetudinibus defendendis, et signanter de et super venditione vinorum ad Ecclias et beneficia nra pertinentium, vini et cerevisie sine dacia introductione seu in foro dicte Civitatis emptione, molitorum nimia exactione, cerevisie pro usu Cleri confectione, legatorum et donationum ad pios usus prohibitione, Censuum etiam et bonorum immobilium pro Ecclias emptione, ac tandem de et super Jurisdictione Ecclesie et causis ad eam pertinentibus, illorum omnium ac ex eis quomodolibet emergentium, ad ea quoque connexorum occasione ex altera partibus materia differentiarum suborta, super quibus differentiis ooram Revmo in Xpo patre et dno dno Heinrico Epo dicte Ecclie Ratisponensia plures habite sunt amicabilis Compositionis diete, sicut et in posterum habebuntur sub spe, dictas differentias amicabiliter componendi. Idcirco pro futuris hmoi dietis prosequendis, ac casu et eventu, quibus diete hmoi amicabilis Compositionis fructum non parerent, nobisque seu deputatis per nos infra nominatis visum fuerit, Juribus nris et libertati Ecclesie expedire apud sanctam Sedem apostolicam, aut apud Cesaream Majestatem, vel utrobique locorum hmoi, seu coram Judicibus et Commissariis ordinariis vel delegatis, arbitris, arbitrato-ribus seu amicabilibus compositoribus electis vel in posterum eligen- dis quibusunque causam vel causas super differentiis anteactis vel earum altera agitandas sub quocunque id fieri contingeret, promisi- mus hinc inde inter nos ac presentibus promittimus, nos quoque sub fide prestita et sub penis infra designatis omnes et singulos firmiter obligamus, quod velimus et debeamus sub honeste conventionis vin- culo invicem esse obligati, uniti, conjuncti, et confederati usque

adeo, ut non licet nobis, seu alteri nostrorum, hoc ipsum Confedes rationis vinculum dissolvere et ab invicem discedere, nisi de omnium seu majoris partis per nos deputatorum infra designatorum consensu expresse desuper habito, immo nec nisi tunc demum cum communii aut majoris partis eorundem deputatorum consilio compertum fuerit et conclusum, a prosecutione cause seu causarum hmoi abstinendum, et hoc presens Confederationis vinculum fore dissolvendum; ad que omnia sub tenore presentium volumus esse firmiter obligati sub pena perditionis omnium privilegiorum et immunitatum personam cuiuslibet nostrum quomodolibet respicientium, quibus se reddit contrafaciens eo ipso indignum penitus et privatum; item etiam, si penalis locum ammodo inter nos in conventionibus publicis non habeat, immo a nostro et totius cleri dictae Civitatis consortio et communione exclusus omnino habeatur. Ut autem cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatus et prosecutio facilior et expeditior fiat, volumus numerum in his tractantium et consulentium reddese, prout reddidimus, minorem et proinde deputavimus, constituimus et ordinavimus, deputamus, constituimus et ordinamus nostros certos et indubitatos cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatores, actores, factores, defensores, syndicos et procuratores. Nos scilicet Prepositus et Capitulum dictae Ratisponensis Ecclesie venerabiles et egregios dominos Joannem Neunhauser juris canonici doctorem Decanum, ac dnum Conradum Sinzenhofer ejusdem juris Licentiatum, Canonicos Ecclesie Ratisponensis ejusdem; nos vero abbas sancti Jacobi et Conventus sancti Emmerami sancti Jacobi R. P. dominum Johannem abbatem sancti Emmerami prefec- tum; nos autem abbatissa inferioris Monasterii dictum dnum Conradum Sinzenhofer, et nos abbatissa superioris Monasterii dictum dnum Johannem decanum Eccle Ratisponen. nos quidem abbatissa sancti Pauli dnum Johannem Pech, similiter Canonicum Ratisponensem Plebanum nostrum; nos Capitulum veteris Capelle dnum Johannem decanum nostrum; nos vero Capitulum sancti Johannis similiter dnum Michaelm decanum nostrum: ego Commendator sancti Leonardi prefatum dnum abbatem sancti Emmerami, nos autem plebani, chorivicarii, capellani, altariste, Beneficiati dictae Civitatis omnes et singuli, sicut antescripsis Ecclesiis subditi ac inbeneficiati sumus, ita deputamus pro parte earundem dominos deputatos supra expressos, nobis aliis omnibus in dicta Civitate Beneficiatis in illos eosdem deputatos jam expresse consentientibus, quos omnes simul presentes et omnes in se hmoi sponte suscipientes constitutos esse volumus, et per-

Infactum est et illis omnibus sic deputatis, nostro nomine de et in
 premissis omnibus et singulis causis et negotiis tractandi, consulendi,
 faciendi, ordinandi, procurandi, concludendi, disponendi, agendi, ac
 nos et causam seu causas nostras hmoi in omnibus et per omnia de-
 fendendi, unum vel plures, procuratorem seu procuratores, defenso-
 res et syndicos in eorum omnium seu alterius eorundem locum de-
 putandi, et substituendi, eumque vel eos iterato revocandi, et alium
 seu alios ponendi, impositions etiam pecuniarias quascunque pro
 causarum et negotiorum prosecutione et tractatu necessarias juxta
 causarum exigentiam ac personarum et ecclesiarum facultates faciendi,
 et a nobis ac quolibet nostrum cum effectu exigendi, aliaque omnia
 faciendi, gerendi et exequendi, que nos ipsi personaliter facere, ge-
 rere ac exequi possemus, liberam et omnimeidam deditus et con-
 cessimus, damus et concedimus facultatem, sic tamen, ut si preno-
 minati nostri syndici et procuratores, et causarum seu negotiorum
 tractatores aliquando in unam Sententiam pro hmoi varietate conve-
 nire non possent, majorum illorum partis conclusio et consilium
 semper prevaleat. Promittimus et omne id totum ac quicquid tra-
 catores et procuratores hmoi nostro nomine in premissis egeriat, fe-
 cierint et concluderint, nos ratum, gratum et firmum perpetuo habi-
 turas, omni et cuilibet juris beneficio in contrarium suffraganti (quo-
 gunque appelletur nomine) penitus renuntiato. Et si durante causa-
 rum seu negotiorum horum tractatu et prosecutione aliquem ex
 dictis tractatoribus, syndicis et procuratoribus (quod Deus avertat!)
 vita fungi seu a loco absentem aut egrotum esse contingeret, ex
 tunc in illius locum ex ea parte, que ipsum ordinaverat, alias pro
 ea vice surrogetur idoneus, ne hoc contingat obstaculo, liberas
 defensionem ecclesiastice impediri. In quorum omnium fidem has
 inde fecimus fieri litteras authenticas Sigillorum nostri Capituli Ra-
 tisponen. Abbatum et Conventuum S. Emmerathi et S. Jacobi,
 Abbatissarum et Conventuum inferioris, ac superioris, ac S. Pauli, Ca-
 pitulorum veteris Capelle et S. Johannis, ac prefati Commendatoris
 munimine roboratas. Nos vero Plebani, Chori Vicarii, Capellani,
 Altariste et Beneficiati supra expressi, cum proprio careamus Sigillo,
 venerabilis in Christo Patris domini Francisci Prepositi Ecclesie Ratispo-
 nen. supra nominati per procuratorem nostrum specialiter ad id con-
 stitutum petivimus et obtinuimus pro nobis apponi Sigillum. Actum
 Ratispone in Curia Episcopali die 8. Februarii, anno a nativitate Do-
 minica 1484. Indictione II. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et
 Domini nostri, Domini Sixti divina providentia Pape quarti anno XIII.

Decem et octo Sigilla adpendent.

Num. MCXVII. 1484. 20. Febr. Ex Originali.

Confirmatio fraternitatis in Ecclesia parochiali oppidi Pressat eretas cum annexis Indulgentiis.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Heinricus
Dei et Aplee Sedis gra Epus Ratisponen. ad perpetuam rei memo-
riam. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus, ad hoc nos
quamvis insufficientibus meritis misericorditer vocavit, ut pontificali
dignitati feliciter presidentes inter ceteras sollicitudinum curas, qui-
bus pro subditorum optata salute incessanter distrahimur, ad ea sin-
gulariter et quadam speciali prerogativa favoris simus intenti, que
divine laudis augmentum et gloriam, animarumque Xpi fidelium
prospiciunt remedium pariter et salutem. Sane dilectorum nobis in
Xpo dnoqum Ulrici Gast in Pressat, Jacobi Schaffmann in Kalten-
brunn plebanorum, Johannis Pernecker in Pressat, Nicolai Reithe-
nauer in Grafenwerd, Ulrici Herolt in Pressat, Laurentii Kalmün-
tzer de Eystett, Johannis piscatoris in Pressat primissariorum atque
capellanorum nostre Ratisponensis Diocesis oblata nobis petitio con-
tinebat, quod ipsi nonnullique alii utriusque sexus homines eccle-
siastici et seculares, diversas hujus mundi calamitates tum guerrarum,
tum pestilentie, que ex divina offensione, ut formidamus, provi-
ziunt, alta mente considerassent, ac etiam, quod morte nihil certius,
et nihil incertius hora mortis existet, plurimi etiam cum se stare
credunt, repente mortis adventu eaduac ac hominem opera sua,
sive bona sive mala fuerint, subsequuntur; volentes itaque ipius
hujus respectu sub spe firma, quod non confundit, diem missioneis
extreme bonis operibus prevenire, ac tertens in celestia, et transi-
via in eterna felici commercio commutare, ad laudem et gloriam
sancte et individue Trinitatis, Dei omnipotentis, superbenedicte et
gloriose semper Virginis et matris Marie, et totius Curie triumphan-
tis, nec non ob salutem et remedium animarum suarum, progenitorum
et Successorum ac omnium fidelium defunctorum quandam frater-
nitatem de novo instituerunt, ac nonnullos articulos, capitula et
statuta, secundum quos et que eadem fraternitas celebrari et peragi
debet, ne ex diuturnitate temporis in oblivionem deducantur, con-
fecerunt, ordinaverunt, et statuerunt, prout in litteris patentibus de
super confectis, ac Sigillis supra nominatorum dñorum Ulrici et Ja-
cobi in Pressat et Kaltenbrunn plebanorum appendentibus sigillatis,
et coram nobis productis, quarum tenor de verbo ad verbum insi-
mis est insertus, vidimus plenius contineri. *Litteras fundationem*

articulos et Statuta dictae confraternitatis continentem datae sunt
 anno 1484. die conversionis sancti Pauli. Et ut eadem petitio
 subjungebat, fuit nobis per supradictos plebanos et altaristas humili-
 liter supplicatum, quatenus antedictam fraternitatem, articulosque,
 capitula et statuta pro celebratione et peractione ejusdem fraternita-
 tis editos, confectos et ordinatos, et in presentibus litteris descriptos
 et contentos auctoritate nra Ordinaria approbare, ratificare et con-
 firmare dignaremur. Nos igitur Heinricus Epus supradictus atten-
 dentes, sepedictam fraternitatem, articulosque, capitula et statuta in
 divini cultus augmentum, honorem dei omnipotentis, et dictorum
 fratrum animarum salutem vergere, volentesque eorundem fratrum
 sepedicte fraternitatis votis et desideriis tanquam justis et rationi
 consonis annuere, ac ipsorum in dno commendandum propositura
 favorabiliter promovere, dictam fraternitatem in omnibus et singulis
 articulis, statutis, capitulis et punctis, prout superius est descripta,
 et prout eam rite et rationabiliter factam et institutam reperimus,
 auctoritate nostra ordinaria et ex certa nostra scientia approbamus,
 ratificamus et confirmamus, ac robur habere decernimus perpetue
 firmitatis in dei nomine et hiis scriptis, Statutis tamen et Ordinatio-
 nibus auctoritate nostra Ordinaria editis atque statuendis semper sal-
 vis remanentibus, quibus per presentem nostram concessionem sive
 confirmationem nolumus in aliquo derogare. Ut autem dicta fra-
 ternitas eo devotius peragatur, atque congruis frequentetur honorib-
 us, quanto munificentius stipendiis spiritualibus dinoscitur esse fol-
 cita, Nos omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui
 eidem fraternitati atque confratrum ejusdem devotioni, quotiens et
 quando in anno peragi contigerit, et signanter vigiliis mortuorum,
 missarum solemnii, aliisque divinis officiis interfuerint, ibique omni-
 potentis deo et precelse ejus genitrici Virgini Marie, ac omnibus
 Sanctis et Electis dei vota sua persolverint, et pro salute omnium
 vivorum et mortuorum devote oraverint, aut quotiens fidelis quis-
 que de bonis sibi a deo collatis ad luminaria, ornatus et alia ad dia-
 vinum cultum, dicteque confraternitatis commoditates necessaria met-
 tus porrexerit adjutrices, de omnipotentis dei misericordia, et bea-
 torum Petri et Pauli aplorum ejus auctoritate confisi 40 dies indul-
 gentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in dno relaxa-
 mus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum
 omnium et singulorum fidem, et testimonium premissorum presentes
 litteras fieri, Sigillique officii Vicariatus nostri jussimus appensione
 communiri. Datum et actum Ratispone die Veneris 20. mensis Feb-

rusii, anno 1484. Indict. II. Pontificatus summi in Xpo patris et domini
Sixti divinae providentia Pape quarti anno XIII.

Sigillum illaeum adpendet.

Num. MCXVIII. 1484. 24. Aprilis. Ex Originali.

Peter Grävenreuter, Hanns Aunchover und Erhard Gravenreuter, Bürger und
des Rethes zu Regensburg bekennen und thun kund als Testaments-Executoren
ihres Vetters Sigmund Graners sel. weiland Bürgers und des Rethes in Regensburg,
dass dieser in seinem letzten Willen seinem Vater Hanns Graner und Dorothea sei-
ner Mutter, dann sich und seiner Gattin Elsbeth, *) so wie allen aus ihrem Ge-
schlechte Verstorbenen 2. ewige Jahrtage in der Dompfarr, jedesmal mit einer ge-
sungenem Vigil, gesungenen Seelamte und mit drei gelesenen Seelmessan, dann in
der St. Cassians - Pfarrkirche ebenfalls einen Jahrtag mit drei Beimessen gestiftet,
und zu diesem Zwecke aus seinem Hause zu Altach bei Auburg der Dompfarr 1 tt.
der St. Cassianspfarr aber 1/2 tt. R. d. gewidmet habe. Peter Grävenreuter, und
statt der Witib Elsbeth Veit Trainer Probstrichter in Regensburg siegeln. Da-
tum an St. Jorgen Tag im Jahre 1484.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCXIX. 1484. 9. Maii. Ex Originali.

Dispensatio Nuntii Apostolici circa lacticinia.

Bartholomeus de Moraschis Epus Civitatis Castelli, ad Almaniam
ac universa et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie
macro Roman. Imperio illiusque Electoribus subjecta, necnon Hun-
garie, Polonie, Bohemie et Dacie Regna Aplice Sedis cum plena
potestate Legati de latere Nuntius et orator, dilectis nobis in Xpo
universis et singulis ecclesiasticis et secularibus personis utriusque
Sexus in Civitate et Dioc. Ratispon. ubilibet constitutis salutem in

*) Diese starb am 2 July 1491. und hat ihre Ruhestätte in der St. Cassianskirche.
Der Grabstein — Maria Heimsuchung vorstellend — hat folgende Aufschrift:

„Anno dni 1491. starb die ersam Fraue Elisabeth Grannerin am
Sainstag vor sand Ulrichs Tag, der Gott genedig sey, amen.“

Dno sempiternam. Sincere devo^tionis affectus, quem ad Rómanos geritis Eccliam, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, apud vos non crescant arbores olivarum, que producant olivas ad conficiendum oleum, Nos, quibus sanctissimus in Xpo pater et dñus noster, dnos Sixtus divina providentia pp. IIII. incolis locorum Alman. nationis, in quibus olei copia non habetur, ut lacticiniis uti valeant, concedendi specialem per suas litteras concessit facultatem, ut eo vos devotiores exhibeatis Sedi Aplice, quo noveritis vos amplius illius gratie ubertate foveri, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis omnibus et singulis, ut vos illis, qui regulariter emittant professionem, ac incolis locorum in Dioc. Ratispon. consistentium, quibus jam a Sede predicta utendi lacticiniis hmoi est indulxus, duataxat exceptis, nisi ex devotione aut commmodo horum incolarum quispiam concessione presenti uti voluerit, ad quem vel ad quos etiam eam tunc volumus extendi, quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esse lacticiniorum de jure vel consuetudine est prohibitus, lacticiniis hmoi, ovis tamen penitus exceptis, absque conscientie scrupulo usci libere et licite valeatis, constitutionibus et ordinationibus aplcis, ac omnibus illis, que prefatus sanctissimus dominus noster in dictis litteris nobis concesse facultatis voluit non obstare, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, facultatis prediecte vigore auctoritate aplca teneore presentium indulgemus. Volumus autem, quod quilibet vestrum, qui induito hmoi uti voluerit, penitentie salutaris loca teneatur singulis annis imponere in pecunia numerata in trunco posito seu ponendo in majori Ecclia Ratispon. tantum, quantum communiter invictu sit una die consumpturus, cuius due partes converti debent pro fabrica ipsius Ecclie Ratispon. et reliqua tertia pars pro fabrica basilice principis aplorum scilicet Petri de urbe ad Sedem Aplicam singulis annis fideliter per vos transmitti, alioquin presentes littere nemini ex vobis aliquatenus suffragentur. In quorum fidem presentes litteras fieri fecimus et nri Sigilli appensione communiri. Dat. Ratispone anno a nativitate Domini 1484. Septimo Idus Maii, Pontificatus prefati ssimi Domini nri anno XII.

Sigillum est avulsum.

1071

Num. MCXX. 1485. 21. Febr.

Confirmatio papalis super dispensatione lacticiniorum.

Innocentius Epus servus servorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Sedis Aplice clementia sue benignitatis ubera in fideles singulos copiosa largitate effundens non solum ipsorum animarum salutem, sed etiam corporum sospitatem desiderat, et hiis, que propterea per ipsius Sedis Nuntios provide facta fuisse dicuntur, ut firma et inconcussa permaneant, libenter adiicit apici muniminis firmitatem. Sane pro parte directorum filiorum, capitulorum Ecclesiarum et universitatum hominum et collegiorum terrarum et locorum aciliarum personarum partium Germanie, quibus esus lacticiniorum per venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Eum Civitatis Castelli olim in eisdem partibus dicte Sedis cum potestate Legati de latere Nuntium est conoestus, nobis nuper exhibita petitio continebat, (olim pro ipsorum parte eidem Bartholomeo Epo tunc Nuntio exposita,) quod sicut Itali, cum apud eos usus lacticiniorum hmoi parum frequentaretur, multisque esset contrarius, ab ineunte etate vino et oleo nutrimentur, ita Germani et presertim Bavari butiro, caseo et facte, cum apud eos non crescerent olive, ex quibus oleum conficeretur, nature ipsorum esset contrarium, imo consuetudo quedam ab omnibus et presertim in partibus Bavaria frequentata inoleverat, quod quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus butiri et aliorum lacticiniorum est prohibitus, paucissimi tam spiritualium, quam secularium personarum cibaris oleo conditis utebantur, sed ob innatam illis ab ineunte etate vescendi lacticiniis consuetudinem, et propter oleum olivarum hmoi in partibus illis non crescentium fere omnes butiro et lacte vescantur, adeo mos ille inoleverat, quod plerique quemque incommoda potius vellent pati, quam oleo vesci, qui neque Eccle statutorum promulgatione, neque Confessorum informatione ab hmoi innata quasi et impressa consuetudine effecti et abduci possent, multique sepius volentes se in hoc statutis Eccle conformare per oleorum esum desuetum et nature ipsorum contrarium, variis infirmitatibus pregravabantur, quinimo in aliquibus partibus et presertim Comitatu Hage dioc. Frising. cuius incole diebus Quadragesime preter lacticiniorum usum quasi aliud nichil habebant, quo vescerentur, plerique se Eccle precepto subliicere volentes et ab hmoi lacticiniorum usu abstinentes, pane et aqua debilitati mortui sunt comprobati; major denique in illis partibus hominum multitudo, que paupertate et iropia premitur, non haberent, inde

sibi cibaria jejunio convenientia comparare et disponere possent, et quod propterea felicis recordatione. Sixus pp. quartus, predecessor noster incolis terrarum, locorum et dominiorum dilecti filii nobilis viri Alberti Duci Bavarie, ut dictis diebus prohibitis lacticiniis uti possent, indulserat, ac in eadem expositione subjuncto, quod si eas butiri ac aliorum lacticiniorum eis etiam cum aliquo onere concederetur, multi a variis infirmitatibus relevarentur, quibus ob lacticiniorum hmoi abstinentiam verisimiliter timendum erat gravari, necon peccata, que contra Eccleie statuta lacticiniorum hmoi uero indexerat, evitarentur; plures denique fidelium anime, quas forte ob dictam transgressionem pati contingenteret, Deo lucri fierent. Præfatus Bartholomeus Epus etiam oculata fide circa premissa informatus ipsis, ut quadragesimalibus et aliis diebus prohibitis hmoi, preterquam in ultima ebdomada Quadragesime posent et quilibet eorum posset et valeret butiro et alias lacticiniis absque aliquo conscientie scrupulo libere et licite perpetuo vesci, plenam et liberam per diversas suas litteras successive concessit facultatem, certis tamen et diversis oneribus ut plurimum adjectis, et presertim, quod quilibet eorum, qui hmoi concesione uti vellet, teneretur loco penitentie salutatis ad truncum in dictis locis respective ad hoc deputatum singulis annis imponere in numerata pecunia tantum, quantum uno die esset previctu verisimiliter consumpturus, quarum pecuniarum certa pars ad cameram aplice pro Basiliæ principis apostolorum de urbe, et reliqua pro Eccliarum dictorum locorum fabrica transmitti et respec converti deberet, prout in litteris ipsius Bartholomei Epi tunc Nuntii desuper confessis dicitur plenius contineri. Quere pro parte universitatum, collegiorum et aliarum personarum predicatorum: nobis fuit humiliiter supplicatum, ut concessioni predicte pro illius subscientia firmiori robur aplce Confirmationis adiicere, altaque in premissis oportuna providere de benignitate aplca dignarimus. Nos igitur, qui fidelium singulorum salutem mentis et corporis sinceris desideramus affectibus, hmoi supplicationibus inclinati concessionem predictam, ac prout illa concernit omnia et singula in litteris Bartholomei Epi tunc nuntii hmoi contenta et inde secuta quecunque, auctoritate aplca tenore presentium ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et angulos defectus, si qui forsitan intervenierint in eisdem etiam ratione sibi concesse facultatis predicte, et nihilominus ut a fidelium mentibus circa lacticinia hmoi omnis dubietas auferatur, lacticiniorum eorumdem appellatione non ova, sed butirum, lac et

casum duntarit comprehendendi harum serie declaramus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostre Confirmationis, Ratificationis, Approbationis, Communionis, Suppletionis et Declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apolorum ejus se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis dominice 1485. Nono Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

*Ex Transumpto per Notarium Curiae Romanas 1486. confecto ac Sigillo
Curiae Cameræ apostolæ sigillato.*

Num. MCXXI. 1485. 3. Martii.

Praefatio ad antiquissimum Missale Ratisbonense.

Heinricus dei et apostolice Sedis gra Epus ac venerabilis Capitulum Ecclesie Ratisponensis, universis et singulis Ecclesiarum Prelatis, Canonicis, Altaristis, Capellaniis, Plebania, Rectoribus, Vicariis, Presbiteris ac Clericis per Civitatem et Dyocesim Ratisponen-
abilibet constitutis salutem in eo, qui est omnium vera salus, ac presentibus fidem indubiam adhibere. Sacrorum canonum instituta regentes comperimus, divine maiestati permaxime fore gratum atque jocundum, nos omnes utpote fratres in unum habitare in sua domo non solum consonantia voluntatum, sed et in hiis, que ad sui audem, et honorem, nostramque salutem tendere dinoscuntur. Qua de re sancti Patres provide statuerunt, ordinem Ecclesie equaliter ab omnibus custodiri, utque clerici Ecclesiarum unum et eundem in laudsibus divinis ac psalmodiis teneant modum, quem ab Episcopali Sede cognoverint ordinatum et institutum. Sic enim justum est, ut inde unusquisque regulas magisterii sumat, unde honoris consecrationem accepit, turpem censentes esse partem, que suo non congruit universo. Nos itaque certiores effecti, quod libri missales per civitatem et dyocesim Ratisponen. ut plurimum scriptorum incuria, nimia vetustate, atramenti carteque vitio aliave menda sint depravati, atque a vero ordine et rubrica Ecclesie nostre longius relegati, unde circa altaris officia sacratissimaque corporis et sanguinis Xpi misteria errores et pericula contingere, ipsosque Sacerdotes opus dni neglig-

gentem agere non imberito formidamus, metuentes, ne sanguis spec-
rum de nostris manibus requiratur; officinam igitur artis impressorio
aliunde non modicis sumptibus et expensis ad civitatem Ratisponam
transalpinam atque ex verissimis et emendatissimis Codicibus hunc
librum missale imprimi, ac post impressionem caracteresque com-
pletos per viros probatissimos Chori Ecclesie nostre ministeriales ad
hoc deputatos de verbo ad verbum perspici, auscultari et relegi fe-
cimus, et ecce divino quodam numine repertus est in litteris, silla-
bis, verbis, orationibus, punctis, rubricis et aliis correquisitis in om-
nibus et per omnia cum exemplaribus, ordine et rubrica Chori Ec-
clesie nostre consonare, pro quo gratias agentes deo, laboris nostri
fructum vobis decrevimus sincera caritate participare. Monemus
ergo et requirimus vos omnes et singulos supradictos atque in dno
propensius exhortamur, quatenus ad comparandum, emendum et re-
tinendum hunc librum missale, cuius prenum ad quinque florentes
Renenses taxavimus, sollicite intendatis, ac negotiorum gestores Ec-
clesie seu Capelle vestre diligentius inducatis. Sed ut pro hoc ipso
tam bono et meritorio opere spirituali fenus reportare valeatis, Nos
Heinrichus Epus prefatus omnibus vere penitentibus et confessis, qui
in Natalis Xpi, Pasce, Pentecostes, omniuum beate Marie Virginis,
duodecim Apostolorum, Johannis Baptiste, omnium Sanctorum, com-
memorationis animarum, Patronorum, nec non dedicationis Ecclesie
vel Capelle festivitatibus ex hoc libro officium missae rite dixerint,
audierint seu astiterint, 40. dies indulgentiarum singulis missarum celebra-
tionibus de omnipotenti dei misericordia, beatorumque apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi de injunctis penitentiis mi-
sericorditer in dno relaxamus. In quorum fidem et evidens testimo-
nium nostri Pontificatus et Capituli armis et insigniis hunc librum
per viros industrios Joannem Sensenschmidt et Joannem Bekethaub
dictum moguntinum opifices jussimus et fecimus impressione deco-
rari. Datum Ratispone die 5. mensis Martii, anno domini 1485.

Num. MCXXII. 1486. 6. Julii. Ex Originali.

Herzog Albrecht von Baiern bekennet, dass Kämmerer, Rath und die Bürger
in Regensburg um merklich ihrer und der Stadt Nutz und Frommeq ihm ihre Pfand-
schaft und alle Gerechtigkeit, so sie vom Domstift zu Regensburg an dem Schlosse
und der Herrschaft Thunstauf nebst den Dörfern Reiffersding, Sulzbach,
Pach, Friesheim, und was dazu gehört; auch dem Dorfe Tömling mit seiner

Zugehörung bisher lange Zeit innehabt, versetzt, übergeben und eingezantwortet haben um 22,000 guter R. dl. laut der ihm übergebenen Pfandbriefe. Der Herzog verspricht demnach dem jetzigen und jedem künftigen Bischofe und dessen Kapitel bei seinen fürstlichen Würden, dass, in welchem Jahre er, seine Erben oder Nachkommen vom Bischofe, oder vom mehrern Theil des Kapitels (falls kein bestätigter Bischof vorhanden wäre,) 14 Tag vor oder nach Lichtmess gemahnet, und besagte Summe Geldes in Regensburg vom Bischofe und seinem Kapitel entrichtet würde, er, seine Erben und Nachkommen ihnen die Veste Thumstauf mit den vorgenannten Dörfern und ihren Zugehörungen wieder einantworten, somit die Wiedereinlösung auf keine Weise verziehen wolle. Wollte der Herzog, seine Erben und Nachkommen diese Pfandschaft ferner versetzen, so sollen sie alsdann verfügen, dass dem Bischofe ein ähnlicher Versicherungsbrief, wie der gegenwärtige lautet, gegeben werde. Gegeben zu München am Pfingstag vor sancte Margarethen Tag, des Jars, als man zählt von Christi Geburt 1486. Jahr.

Sigillum Ducis adpendet.

Nro. MCXXIII. 1486. 1. Augusti. Ex Originali.

Johann Sturm Bürger in Regensburg und Margareth seine Gattin, dann Johann Aman und dessen Gattin Elisabeth stifteten in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem St. Johannes des Täufers und Johannes des Evangelisten Alter ihres Seelenheiles, ihrer Vorfodern und Nachkommen, dann aller Gläubigen Seelenruhe wegen eine ewige Meuse, welche der Kaplan an Soan- und Feiertagen unter dem Pfarramt, und an jedem Mondtag zur Pfarrmessezeit zu lesen hat. Das Patronata-Recht soll ein zeitlicher Pfarrer zu St. Cassian ausüben. Die Dotation besteht in einem Weingarten zu Sulzbach, und in einer jährlichen Gült von 4 Schaff Korn aus der Vogtei zu Zaitzkofen, welche Sturm um 44 fl. R. dl. erkauft hatte. Das Kapitel zur alten Kapelle, Hans Haiden Pfarrer von St. Cassian, und Wilhelm Altmann des Rethes und Bürger zu Regensburg siegelten. An eben diesem Tage bestätigt Bischof Heinrich diese Stiftung, und schärft dem Altaristen Gehorsam gegen den Pfarrer, und einen auferbaulichen Lebenswandel ein mit angefügter Clausel, von der Dotation nichts zu verüssern. Datum am 1. Tag des Monaths August, im Jahre 1486.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCXXIV. 1487. I. Martii.

Hanns von Fuchsstein zu Glaubendorf, Schultheiss zu Regensburg spricht als Obmann zwischen dem Bischof Heinrich und seinem Kapitel an einem, und dem Kloster Prül Karthäuser-Ordens am andern Theil, 1) dass der Prior und sein Convent nach ihres Ordens Sitten, Gewohnheit und Freiheiten ohne alle Verhinderung und Betrübniss dem allmächtigen Gott zugänglich und frei dienen mögen, und dass Bischof Heinrich für sich und alle seine Nachkommen alle Bischöfliche Herrlichkeit, Obrigkeit, Gerichtswang, und was ein Bischof Rechtems oder Gerechtigkeit über das Kloster zu Prül, und deswegen zu begehrn oder zu fordern bisher gehabt hat, ganz aufhebe und abthue, und darauf für sich und seine Nachkommen Verzicht leiste, doch bleibt dem Bischofe die Gerechtigkeit über die Pfarrkirchen St. Veit zu Prül, und St. Martin zu Allingen vorbehalten. 2) Als eine Wiederlegung dieser aufgehebten Bischöflichen Rechte soll künftig das Kloster dem Bischofe Heinrich und seinen Nachkommen jährlich 8 rheinische Gulden bezahlen. Der Fuchssteiner siegelte mit eigenem Siegel das Arbitrament, geschehen am Donnerstag nach St. Mathiasstag des heiligen Zwelfboten im Jahre 1487.

Mon. Boia. XX. 207.

Num. MCXXV. 1487. 27. Augusti. Ex Originali.

Innocentius Papa VIII. Rupertum ex Ducibus Bavariae, Cantorem Ecclesiae Mogunt. in vigesimo sexto aetatis anno, ac Presbyteratus Ordine constitutum confirmat ceu Coadjutorem in spiritualibus et temporalibus Ecclesiae Ratispon. ab Epo Henrico senio confecto suique corporis viribus desituto de consilio et expresso capituli sui consensu assumptum, coquod de ipsius litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circum-spectione fide digna perhibentur testimonia, cum mandato annexo, ut Coadjutoriae officium, curam, regimen et administrationem exercere studeat sollicite, fideliter et prudenter, ac de quavis alienatione prorsus abstineat. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1487. VI. Kal. Septembri, Pontificatus nostri anno tertio.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

* Eodem die et anno Papa juxta votum et desiderium Epi Henrici ac sui Capituli decernit, quod Coadjutor Rupertus, si vacaverit Ecclesia Ratispon. cedente vel decadente dicto Eps., ceu Eps. et Pastor regimen et administrationem ejusdem

Ecclesie in spiritualibus et temporalibus exercere, ac utrum Consecrationis ante tri-
gesimum aetatis annum recipere possit et valeat. Datae etiam sunt Bullae con-
suetae ad Capitulum et Vasallos Ecclesiae Ratisponae neconon ad Clericam et populum
Civitatis et Diocesis Ratisponensis.

Num. MCXXVI. 1487.

Praefatio ad primam editionem Breviarii Ratisbonae. *)

Cum in Diocesi Ratisponae esset magna penuria emendatorum Codicium horarum canonicarum secundum Ordinationem, et ut vulgo dicitur Rubricam Ecclesiae Ratisponensis, idemque magna ex parte corrupta et depravata essent, Reverendissimus dominus Heinrichus de Absberg memoratae Ecclesiae Epus unacum venerabilibus dominis et viris Francisco Schlick praeposito, ac Johanne Neunhauser decretorum doctore, nec non Heinrico de Parsberg Seniore, totoque Capitulo Ecclesiae praefatae animadvententes officii sui esse, ejusdem penuriae occurrere atque providere, ut ex facili Codice quam emendatissimi haberi possent, perindeque in eam rem intendens, ut et optime emendantur, et emendati imprimentur curavit. Ex auctoritate itaque et iussu suo presentes libri horarum secundum rubricam Ecclesiae Ratisponensis quam optime castigati impressi sunt, at uenitiusque facili assequi posset, quos antea aegre et magno precio passim haberet non licuit, quotum praestantiam facile dignoscet, si alios quotuscunque horarum canonicarum rubricae Ratisponen. libros cum his confereat. Tu igitur, quia quis es, cui (ut officium suum recte amplectat) cura ea cordi est, hos omnino tibi compara atque eos prae-
cipuos habe. Vale.

Num. MCXXVII. 1488. 3. Maii. Ex Originali.

Papa Innocentius VIII. Ruperto Cantori Ecclesiae Mogunt. ac Coadjutori Ecclesiae Ratispon. indulget, ut durante Coadjutoris officio fructus, redditus et preventus Canonicatus et Cantoriae Mogunt. ac aliorum hominum Beneficiorum (quotidianis duotextat distributionibus exceptis) libere percipere valeat, quin ad residen-

*) Impressum est hoc Breviarium secundum ritum Ecclesiae Ratisbonae. in forma,
quam octavam adpellent, Augustae Vindelicorum per Erhardum Ratdolt
anno 1487.

tiam teneatur, proviso tamen, quod Canonizatus et Cantoris et alia huius Beneficia debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cursu nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de ipsorum Beneficiorunt proben- tibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviatur iuri lau- dabiliter in divinis. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis domi- nicae 1488. V. Non. Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

Num. MCXXVIII. 1489. 2. Januarii.

Kaiserliches Verboth gegen die Eingriffe in das Bischofliche Probstgericht, an den Schultheissen in Regensburg erlassen.

Ex Copia per Notarium Velber vidimata:

Wir Fridrich von Gottes genaden Römischer Kayser, zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungera, Dalmacien, Croaciens etc. König, Hertzog zu Oesterreich und zu Steyr etc. tun dem, der sich nennt Hans Fuchstainer, vermainten Schultheissen in unsrer des Heiligen Reichs Stät Regensburg, und zuast allen vermainten Schultheissen, Richtera und Amtleuten darebst und fren Nachkommen, so mit disem unserm kayserlichen Brief ersucht werden, zu wissen, das uns der Erwüdig Heinrich Bischove zu Regenspurg, unser Fürst und lieber Andechtiger hat fürbringen lassen, wir Ir über etlich Person und Ennde, so on Mittel in hohen und nidern Gerichten in sein Probstgericht, das Im von uns und dem heiligen Reiche ander andern seinen Regallien zu Lehan verliehen sei, gehören und dessen sein Vorvedern und er von Alter her im ruhigen Besitz gewesen und noch wäre, mit euer vermainten Gerichtszwang zu procediren und zu volführen understen sollet, das Im, wo solches gestat und durch uns darein nit gesehen werden sollt, an denselben seinen Regallien und Lehenschaiten zu Abpruch, Verletzung und merklichen Schaden käme, und uns darauf diemütiglich angeruffen und gebetten, Im hierinn gnediglich fürzusehen. Und wann uns nu gebürft, den egenannten unsern Fürsten von Regenspurg bei seinen Regallien zu handhaben und davon nicht dringen zu lassen, demnach gebieten wir euch von Römischer kayserlicher Macht bei Vermeidung unser und des Reichs sweren Ungnad und Straff ernstlich und wellen, das Ir solch euer Fürnemmen ou Verziehen abstallet und ferner wider desselben unsers Fürsten von Regenspurg Leute und Güter in das

obberürt sein Probstgericht gehörig mit euerm vermaulnen Gerichts-
zwang nichts fürnemet, handelt, richtet, urtailet, noch procediret,
noch Jemand zu tun gestattet in kain Weis, sondern In bei seinem
Stift, und die Seinen bei solchen seinen hohen und nidern Gerich-
ten, wie von Alter herkommen und auf ihn gebracht ist, unbe-
swert beleiben lasset, dadurch zu Handthabung unser und des Reichs
Eigenthumb, und seiner Lehenschaft und Gerechtigkeit weitere Hand-
lung nit not werde; daran tut Ir unser ernstlich Mainung. Geben
zu Innspruck an andern Tag des Monats Januari, nach Christi
geburd im 1489 Jar, unsers Kayserthums im 37. Ad mandatum Do-
mini Imperatoris.

*Dass nämliche Schreiben wurde auch an Kammerer und Rath in Regens-
burg erlassen.*

Num. MCXXIX. 1489. 12. Februarii. Ex Originali.

Hanns Hartlieb Bürger zu Regensburg stiftet mittels eines jährlichen Zinses
von 1 St. R. dl. dem hochwürdigen Fronleichnam unsers Herrn Jesu Christi, — den
er der Christenheit zur Gedächtniss seines Leidens und Todes, und zum Heile
unsrer Seelen hier auf Erden gelassen hat, und bis ans Ende der Welt vermög
seiner Verheissung bei uns bleibēn wird, — zum Besondern Lob und Ehre, dann
für seine verstorbene Gattin Magdalena, seine Erben und Nachkommen, und für
alle gläubige Seelen zwei fromme arme Schüler in der St. Cassians - Pfarrkirche,
welche, wenn man das hochwürdige Sacrement, den heiligen Fronleichnam Jesu
Christi zu einem Kranken trägt, vor diesem mit Fähnlein, Laternen und brinnen-
den Kerzen darin, in Chorröcken und braunen Kappen am Halse jederzeit gehen
und singen sollen. Dafür hat der Pfarrer jedem Schüler alle Quartember vier
Groschen zu reichen. Nach der Rückkehr vom providirten Kranken in die St.
Cassianskirche soll der Priester, nachdem er das gewöhnliche Gebeth für den Kran-
ken verrichtet hat, laut sprechen: Nun wollen wir auch ein Ave Maria für den
betheben, der diese Procession gestiftet hat. Hartlieb und der Regensburger Stadt-
kammerer Leonard Portner siegelten. Datum am 12 Hornung im Jahre 1489.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCXXX. 1490. 18. Februarii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam a Margaretha relicte quondam Johannis Spies de Amberg in capella sancti Sebastiani extra muros oppidi Ambergensis fundatam et dotatam, accedente tutorum et curatorum suorum ad id expresso consensu, prout in fundationis litteris patentibus ac Sigillis nobilium et prvidorum Stephani Eschenbegken in Auerbach, et Heinrici Scharffenberger zum Gerbershofe, necnon Heinrici Baumbartaer et Johannis Castner de Weiden adpendentibus sigillatis continetur. Jus patronatus reservatur Magistro et consilibus oppidi Amberg, et capellanus missae hujus diebus festivis in officio et processione, in primis et secundis Vesperis superpelliciatus, junta morem aliorum capellanorum in Choro stare, honeste, decenter et sacerdotaliter se regere, ipsamque missam juxta modum et formam fundationis inofficiare tenetur. „In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes Litteras exinde fieri ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensionem communiri. Datum et actum Ratisponae sub anno a nativitate Domini 1490. Indictione VIII. die vero Jovis 18. mensis Februarii, Pontificatus sumi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii divina providentia Papae VIII. anno sexto.“ Ad mandatum dni Epi Ratispon. Jo. Velber Notarius Vicariatus f.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXXXI. 1490. 26. Aug. Ex Originali.

Bischof Heinrichs Stiftung dreier Wochenmesen und eines Jahrtages auf St. Barbara Altar im Dom.

eesin in cancellis Ecclesiarum publicetur, et attento, quod hmoi festum cum terrribus et alias solemniter peragendum in Choro Ecclesiae Ratispon. institutum est, mandat, quod eadem die fiat processio solemnis cum reliquiis et aliis attinentiis consuetis, ac etiam cum cantu, sicut in die nativitatis B. M. ad Ecclesiam Collegiam veteris Capellae. Festum autem sancti Martini in Ecclesia cathedrali solemniter peragatur cum terroribus majoribus pulsandis, et distribuantur 2. tt. denar. Ratispon. simili modo peragatur festum translationis sancti Ruperti ac pariter distribuantur 2 tt. denar. Quia demum pro animabus Christi fidelibus frequens intercessio salutaris existit, octava dies et tricesimus omnium animarum in praefata Ecclesia peragantur, et semper tam in octava, quam in tricesimo pro praesentiis et aliis necessariis 2 tt. 5. solidi, 18 denarii Ratispon. distribuantur. — In quorum fidem et testimonium praemissorum praesentes litteras exinde fieri ac Sigilli nostri majoris jussimus appensione communiri. Et nos Fridericus de Wirsberg senior, totumque Capitulum Ecclesiae Ratispon. predictae supra descriptam foundationem et institutionem per memoratum Dominum nostrum Revmum Epum Ratispon. ut praeferatur, rationabiliter factam animo grato acceptavimus, ac ad observandam et manutenendam eandem pro nobis et Successoribus nostris nos pensione durante obligavimus, ac in ejusce rei testimonium Sigillum nostrum capitulare praesentibus duximus pariter apponendum. Datum Ratisponae die prima mensis Aprilis, anno Domini 1505.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MCLVIII. 1506. 5. Maii. Ex Originali.

Michael Steurer, des Rathes, Sigmund Kräer und Heinrich Weifshait Bürger in Regensburg bekennen als Geschäftsherren des Jacob Schaub sel. dass dieser bei seinen Lebzeiten verschiedene Zinsen erkaufst habe, wodurch ein Priester in der Pfarr St. Kassian soll unterhalten werden, welcher auf dem Frauenaltar an jedem Sonntage, an den 6. Frauentagen, an den Aposteltagen, am obersten (Epiphaniae) und am Fronleichnamsfeste bei dem Hochamt Messe zu lesen, die Zinsen à 20 Schilling R. dl. einzunehmen, für Wachs, Wein und Besserung der Ornate der St. Cassians Kirche jährlich 60. dem Mesner aber 8. dl. zu verreichen hat. Das Recht, einen Kaplan zu praesentiren, soll dem Pfarrer zu St. Cassian zustehen. Datum am 27 April 1506.

Bischof Rupert bestätigt obige Stiftung, und erhebt selbe zu einem Beneficium. Dem Kaplan dieser Messe wird eingeschärft, dem Pfarrer die gehörende Achtung und den schuldigen Gehorsam zu bezeigen, gleich andern Kaplänen an-

Festtagen im Chor der St. Cassiana Kirche zu erscheinen, und einen sittsamen, priesterlichen Lebenswandel zu führen. Datum am 5 Maii, 1506.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLIX. 1506. 18. Julii. Ex Diplomatario.

Nach vorgängiger Resignation des Martin Lichteisen Pfarrers in Rötz wird diese Pfarr vom Bischofe Rupert mit dem Kloster Schönthal — welches zeither das Patronatsrecht darauf hatte — incorporirt, und der Prior Georg Plank als erster regulär - Pfarrer darauf investirt, auch dem Kloster die Verbindlichkeit aufgelegt, von der Pfarr Rötz jährlich und zu ewigen Zeiten pro juribus Episcopalibus 4 fl. Rheinisch zu verreichen. Gesiegelt mit dem Vikariats - Insiegel, und gegeben zu Regensburg den 18. Julii, im Jahre 1506.

Nro. MCLX. 1507. 12. Maii. Ex Originali.

Insinuatio mortis Epi Ruperti ad Decanatus rurales.

Georgius Sintzenhofer decretorum Doctor, Canonicus, Scolasticus ac Sede Epli Eccle Ratispon. vacante per Capitulum ejusdem Eccle Commissarius et Officialis specialiter deputatus dilecto nobis in Christo dno decano in . . salutem in dno. Postquam Revmus in Christo pater et dñus Rupertus Epus Ratispon. Dux Bavarie pridie, ut placuit Altissimo, viam universe carnis est ingressus, non indignum arbitramur, imo congruum, ut ab hiis, quibus ipse, dum viveret, Pontificatus preerat officio, quosque paternis fovebat presidiis, jugis habeatur memoria, et apud Deum intercessio fiat salutaris; propter quod venerabile Capitulum juxta Eccle instituta corpore illius ecclce tradito sepulture condignas exequias funeralesque ceremonias celebrare statuit in Ecclia Ratispon. die Veneris proxima. Ut autem ab aliis presbyteris in Dioceſi ubilibet constitutis prefatus noster Presul condignis pariter recolatur exequiis, vobis committimus et mandamus, quatenus animam illius vestris confratribus in Decanatu cuiuslibet constitutis diligenter recommendetis pro illius memoria habenda, et funeralibus celebrandis exequiis, mercedem a deo omnium bonorum largitore recipientes. Datum Ratispone die 12 mensis Maii, anno 1507.

Cum Sigillo intus impresso.

Num. MCLXI. 1507. 27. Octobris. Ex Originali.

Julius Paga II. confirmat Joannem Comitem Palatinum Rheni, filium Philippi Electoris per Capitulum in Administratorem Ecclesiae Ratispon. nominatum, tunc decimum nonum aetatis annum agentem ac clericali duntaxat charactere insignitum, adiecta consecrationis facultate, si annum vicesimum septimum attigerit. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1507. die VI. Kalend. Novemboris, Pontificatus Julii anno quarto.

Plumbum: Julius PP. II.

Eodem anno et die datae sunt Bullae consuetae hanc Confirmationem exprimentes ad Imperatorem, ad Capitulum, Vasallos, clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCLXII. 1508. 30. Apr. Ex Diplomatario.

Administratoris Joannis preces primariae ad Coenobium Prüfening.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes palatinus Rheni, Dux Bavarie. Venerabilis, nobis in Christo dilecto, ac religiosis viris dno. Abbati et Conventui Monasterii sancti Georgii martyris in Prüfening nostre diocesis, ordinis sancti Benedicti salutem in dno. Cum a longeva et hactenus observata consuetudine Ecclesie Ratispon. Epi, Predecessores nostri tempore ingressus administrationis et regiminis dicte Ecclesie ad omnes et singulos collatores et collatrices Diocesis Ratispon. pro personis idoneis ad Beneficia ecclca obtinenda suas consueverant preces porrigere primarias, fueritque eisdem precibus, ut par erat, paritum reverenter, Nos eandem laudabilem consuetudinem et Predecessorum nostrorum vestigia imitari cupientes, pro dilecto nobis in Christo Michaelie Resch clero Ratispon. Diocesis ad vos hac serie litterarum presentes nostras porrigitur preces primarias, vos in dno exhortantes ac obnixe rogantes, quatenus pro confirmatione juris et consuetudinis memorate, necnon precum nostrarum intuitu eidem Michaeli Beneficium ecclcum cum cura vel sine cura ad vestram presentationem, collationem, seu qualemcumque dispositionem communiter vel divisiō pertinens (si quod vacat ad presens, aut cum proxime quocunque modo vacaverit, quod idem Michael Resch per se vel procuratorem suum legitimum duxerit acceptandum,) assignare et alibi de eodem providere dignemini, in quo nobis rem pergra-

iam, in se honestam et licitam, per nos singulari gratia et favore recognoscendam facietis. Datum Ratispone nostri sub Secreti appen-
sione die ultima mensis Aprilis, anno dni 1508.

Num. MCLXIII. 1509. 23. Maii. Ex Originali.

Citatio abbatis in Münchsmünster, qui se a monasterio suo absentaverat.

Johannes dei et aplice Sedis gratia Administrator Ecclie Ra-
tispon. Dux Bavarie etc. Universis et singulis presbyteris curatis et
non curatis, ac clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscum-
que per Civitatem et Diocesin Ratispon. ubilibet constitutis, ad quos
presentes litterè nostre pervenerint, salutem in dno. Cum alias
venerabilis pater, dñus Georgius monasterii in Münchsmünster
abbas immediatus absque nostro ac conventus sui scitu vel licentia
se a dicto monasterio absentavit, ipsumque monasterium et illius
Conventum desertum dereliquit, et quorsum diverterit, omnino nes-
ciatur; et quia hmoi derelictio ac abbatis absentia ipsi monasterio
non mediocriter gravis et dispendiosa existit, Nós volentes eidem
ordinario remedio succurrere, et de alio abbate in locum absentis
preficiendo providere, memoratum dnum Georgium per hoc presens
publicum edictum in ipsius monasterii valvis seu portis tribus vicibus
affigendum et publicandum citari et evocari volumus et mandamus,
quem etiam tenore presentium sic citamus, evocamus et monemus,
ut infra sex menses post hmoi edicti nostri publicationem ipse ad
monasterium predictum personaliter redeat, regimen et administra-
tionem ipsius juxta ordinis sui decentiam exercendo et continuande;
alioquin termino hmoi effluxo Nos ad abbatic et prelature ipsius
privationem, et alterius abbatis electionem seu prefectionem, prout
de jure, procedemus, ipsius dñi Georgii absentia non obstante; de
executione vero et publicatione presentis vos scriptis vestrī certifi-
cetis. Datum Ratispone sub Sigillo Vicariatus nostri subimpresso
die 23. mensis Maii, anno dni 1509.

Sigillum fractum extat. Jo. Velber Notar. ss.

Num. MCLXIV. 1509. 19. Junii. Ex Originali.

Johann Administrator des Bisfthums Regensburg, Pfalzgraf am Rhein und
Herzog in Baiern bestätigt die von den Testaments - Executoren der Frau Eugenia

Weissig sel. auf dem St. Helensaltar in der Pfarrkirche St. Cassian gestiftete Wochensemesse, erhebt selbe zur Würde eines einfachen Beneficii, genehmigt das dem Pfarrer zustehende Patronatsrecht, und befiehlt dem Kaplan, den Verbindlichkeiten genau nachzukommen, nämlich alle Sonn- und Festtage des Jahres, an welchen in St. Cassian eine Predigt gehalten wird, unter dem Hochamte auf benanntem Altar Messe zu lesen und für eine unterlassene Messe 4. dL. zur Strafe zum Sagrär um Wachs zu geben, an den Festtagen die Vesper und das Amt mitsingen zu helfen, und jährlich für die Stifterin und ihren Gatten Hanns Weiss einen Jahrtag mit Vigil und Seelamt zu halten. Datum, ut supra.

Appendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXV. 1509. 2. Decembria. Ex Originali.

Schreiben des Herzogs Wolfgang an Johann Administrator des Hochstifts Regensburg, den Verfall des Klosters Biburg betreffend.

Unsern freundlichen Dienst zuvor. Erwüediger in Got, und hochgeborner Fürst, lieber Vetter! Naehdem Eur Lieb und Jr Vicari, als uns anlangt, gut Wissen haben, das in unserm Closter zu Piburg in Geistlichem und Zeitlichem nit wol regiert und gehandelt wird, dadurch das Gotshaus in mercklich schuld und Verderben wechszt, und wo dem nit vorkomen und darein gesehen, wird es noch zu mererm Unrat kumen, das wir, soviel an uns ist, gern verhüeten wolten. Diweil wir dann wissen, das solichs Eur Lieb will und mainung auch ist, so bitten wir freundlich, Eur Lieb wölle einen fürderlichen Visitationstag in genannts Closter fürnemmen und setzen, daselbshin Eur treflich Räte schicken mit genugsamen Bevelch, in des Gotshaus sach zu sehen, und da zu visitiren und zu corrigiren, soviel not sein werde, und uns solchen Tag davor zeitlich verkünden, dann wöllen wir unser treflich Räte auch dahin achticken, und des Gotshaus notdurft, wie obstet, betrachten helfen und handeln lassen, damit es wider zu Aufnemmung, Pessierung und Guten gebracht werde. Eur Lieb wölle auch verfügen, damit Leonhard Aichsteter Conventual vermelts Closters vor dem Abt daselbs bis auf solch handlung und weiter Geschäft gnugsam versichert, und zu solcher Visitation durch Euch beschiden werde, daran thut Eur Lieb samt dem guten Werch uns freundlich gevallen. Datum München an Sonntag nach Andree anno 1509.

Sigillum a tergo est impressum.

- Abt Jakob entzogte im folgenden Jahre der Abtey unter der Bedingniſſe, daß ihm im Kloster Biburg ein Zimmer zur Wohnung eingeräumt, ein vertrauter Knecht zum Einheitzen, Eſſentragen und andern Bedürfnissen zugēgeben, jährlich eine Summe von 40 fl. nebst freyer Koſt verabreicht, und der Chorbesuch nachgesehen werde. Uabrigens will er nicht dem neu zu wählenden Abte, sondern nur dem Bifchofe in Regensburg gehorsam ſeyn.

Num. MCLXVI. 1510. 28. Sept. Ex Originali.

Citatio ad valvas Ecclesiae majoris Ratisbon. affixa ob confirmationem neoelecti abbatis in Monasterio Biburg.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gra Administrator Ecclie Ratispon. Comes palatinus Rheni ac Bavariae Dux. Universis et singularis presbyteris curatis et non curatis, ac Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et Dioceſin nostram Ratispon. ubilibet constitutis, qui presentibus fuerint requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in dno. Cum nuper venerabilis pater dñus Jacobus abbas monasterii B. M. V. in Piburg ordinis sancti Benedicti nostre Dioceſis ex certis causis animum suum ad hoc moventibus abbatie sive prelature que in manibus nostris cesserisset, administrationemque ejusdem renuntiasset juramento solito interveniente, et per cessionem hmoi abbatia ejusdem monasterii vacaret, dilecti in Christo fratres Prior et Conventus ejusdem monasterii pro electione futuri abbatis in unum convenientes honorabilem fratrem Leonhardum Eysteter sepediti monasterii professorum in abbatem suum dicuntur elegisse atque elegerunt, nostrum desuper implorantes officium, quatenus electionem hmoi atque personam electi in abbatem approbare, admittere et confirmare, eidemque Electo de abbatia hmoi providere, necnon regimen et administrationem spirituallum et temporalium illi concedere dignaremur. Ne autem nos contra doctrinam Apostoli manus cito imponere videamur, vobis et vestrum cuilibet committimus et mandamus, quatenus omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, et si qui sint, qui contra electionem pretactam aut ipsius electi personam aliquid habuerint opponere, ad vestram peremptorie citetis presentiam, quos et nos tenore presencium sic citamus, ut feria quarta post festum sancti Michaelis proxime ventura, que erit secunda dies mensis Octobris nunc instantis, quem quidem tercium eis et cuilibet eorum pro

péremptorio assignamus, eoram nobis Ratispone in aula nostra Epli
mane hora primarum legitime compareant et quivis eorum compa-
reat ad dicendum et opponendum, quicquid verbo vel in scriptis
contra electionem pretatam, personam electi vel confirmationem
petitam dicere sive opponere voluerint, alioquin premisso examine
consueto, nulloque obstante canonico impedimento ad confirmatio-
nem ipsius abbatis electi, prout justum fuerit, procedemus, seu per
Vicarium ac Commissarium nostrum procedi faciemus, ipsorum sic
citorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Datum
Ratispone die Sabbati 28. mensis Septembris, anno dni 1510.

Cum Sigillo intus impresso. Joannes Velber Notarius s.

Num. MCLXVII. 1510. 12. Octobris. Ex Originali.

Joannes Comea Palatinus Rheni, Episcopatus Ratispon. Administrator con-
firmat missam perpetuam, quam Margaretha, Udalrici Has vidua anno 1490 funda-
vit, in atra sanctae Elisabethae in Ecclesia parochiali sancti Martini Ambergae
celebrandam. Datum Ratisponae die 12 mensis Octobris, anno Domini 1510.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXVIII. 1511. 10. Febr. Ex Originali.

Confirmatio Eplis Statutorum Collegiate ad sanctum Joan. Ratisbon.

Joannes Dei et Apostolicæ Sedi gratia Administrator Eccle-
siae Ratisponensis, Comes Palatinus Rheni ac Bavariae dux, hono-
rabilibus et devotis nobis in Christo dilectis Decano, Canonicis ac
Vicariis, caeterisque Beneficiatis Ecclesiae collegiate sancti Joannis
Ratispon. presentibus et futuris praesentes nostras litteras inspectu-
ris salutem in Domino sempiternam. Pastoralis curae nostraræ debi-
tum exigit, ut circa subjectum nobis Clerum taliter intendamus, quo
honestis legibus clericalique norma vivendi instructus gratum et Deo
acceptum exhibeat suae servitutis impensum. Sane cum nuper vos,
Decane, unacum Capitulo ad hoc capitulariter congregato provide
attendentes, quod statutorum vestrorum sive Ecclesiae predictæ
quaedam vetustate et antiquitate immutata, aliqua vero abrogata sint
penitus et abolita, prout congruitas temporum suadebat et patieba-
tur, et quidem propter eorundem statutorum in diversis locis dis-

persionem confuso et dissensio inter fratres aliquando exortae fuerint, aliis sic, aliis aliter asserentibus fore statutum et consuetudinare observatum. Ad faciendam igitur facilius, tenendum tenacius concordiam fraternae caritatis Capituli vestri Statuta et laudabiles consuetudines in unum Compendium recollige, et ut cognitioni ignorantium pateant, ad posterosque ducantur, in scriptis redigere curastis, nostrum super hoc officium implorantes, quatenus Statuta et consuetudines hmoi *) auctoritate nostra Ordinaria approbare et confirmare dignaremur. Nos vero considerantes, quam turpe sit, legem ignorare, et sub hoc praetextu sine lege vivere, Ordinationes et Statuta hmoi tanquam juste et rationabiliter edita auctoritate nostra Ordinaria duximus approbanda et confirmando, prout tenore praesentium approbamus et confirmamus, volentes et eadem auctoritate statuentes, quod Statuta et ordinationes hmoi per vos et quemlibet vestrum juxta eorundem tenorem et effectum, ac sub poenis inibi appositis firmiter et inviolabiliter obseruentur, et unusquisque vestrum secundum conditionem suam et prout eum contingunt, ad observandum in sui receptione jure jurando in fine Statutorum inserto constringatur. In quorum fidem praesentes litteras cum insertione Statutorum hmoi exinde fieri, Sigillique nosfri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Ratisponae die 10. mensis Februario, anno Domini 1511.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MCLXIX. 1511. 14. Novembris. Ex Originali.

Johannes Administrator Ecclesiae Ratispon. Comes Palatinus Rheni ac Dux Bavariae confirmat missam perpetuam ad altare sanctae Elysabethae penes ambonem, ac ad capellam sancti Gangolfi parochialis Ecclesiae sancti Salvatoris in Pettbrunn a Wolfgango Schachtner plebano ibidem, Georgio de Pappenheim marischalco, praefecto in Rietenburg ac vitricis dictae parochialis Ecclesiae fundatam annuoque censu 40 fl. dotatam, per presbyterum saecularem et idoneum perpetuis futuris temporibus inofficiandam. Jus patronatus reservatur plebano ac vitricis parochiae Pettbrunn, et capellanus institutus tenetur hebdomodatim in altari sanctae Elysabethae tres, et in altari sancti Gangolfi duas missas celebrare, pleba-

*) Statuta edidit 1794. D. Andreas Mayer in suo Thesauro novo seu Codice statutorum, IV. 191 seqq.

no obedientiam et reverentiam exhibere, de indemnitate jurium parochialium fidelitym observare, ac diebus dominicis et festivis in Choro et Processionibus religiose induitus cooperari. In quorum fidem praesentes litteras exinde fieri, ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum Ratisponae die Veneris 14. mensis Novembris, anno Domini 1511.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCLXX. 1512. 1. Januarii. Ex Impresso originali.

Commendatur diligens observatio Statutorum synodalium per Administratorem Joannem editorum.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes Pal. Rheni ac Bayarie Dux, universis et singulis in Christo nobis devotis et dilectis secularium et regularium Ecclesiarum Abbatibus, Prelatis, Canonicis, Rectoribus, Plebanis, Vicariis, Capellanis, totique Clero Civitatis et Diocesis nostre Ratispon. cujuscunque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis ac preeminentie existant, salutem in dno sempiternam. Quamquam Deus omnium creaturarum mundifabricator equo moderamine cuncta preordinans ad imaginem et similitudinem ipsius humanam condiderit creaturam, cunctis adornatam virtutibus, quibus felicitatem poterat possidere perpetuam, si in ipsa originali justitia persistisset; attamen ille humani generis acerrimus hostis, felicitati, quam amiserat, invidens primum hominem calliditate sua traxit ad vetita, qui in virtute sua vulneratus mortalisque effectus cepit infinitis tam corporis, quam animi incommodis et miseriis laborare. Hinc et homicidia malaque innumerabilia (crescente genere humano) per appetitum noxiun ad malum proclivum oriére, que totum orbem terrarum, inextinguibili quadam contagione repleverunt, adeo, quod secula nostra quasi insentinam malorum descenderunt. Quapropter orbis Rector ab eterno voluit legum esse conditores, quatenus homini propulsatis vitiis justitia vigeret, appetitusque noxius ad bene beateque vivendum sub juris regula limitaretur. Et licet antea per sanctissimos Pontifices, Romanosque Imperatores variis decretis et constitutionibus humano generi sit salubriter provisum, quibus divinas et humanas res bene disposuerunt et omnem iniquitatem expulerunt; attamen quia humani juris conditio semper in infinitum decurrit, et nihil est, quod in ea restare possit perpetuo, sed in dies emergunt negotia, que

adhuc legum laqueis non sunt innodata; ea propter ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli apostolorum, ac omnium Sanctorum diversas Constitutiones synodales Predecessorum nostrorum, in quibus varia pro communi utilitate honestateque clericorum continentur, (que tamen in oblivionem transierunt,) in unum redigimus; cotidianam namque didicimus experientia, et presertim in transacta Visitatione per venerabilem nobis dilectum dnum Georgium Sintzenhofer decretorum doctorem, et tunc Vicarium nostrum de mandato nostro celebrata intelleximus, innumerabiles errores tam in clericis, quam in laicis nostre Jurisdictioni subjectis propter non usum earundem constitutionum evénisse. Ideoque hmoi Constitutiones concessimus ad reprimendum conatus noxios ac corrigendum excessus gregis nobis commissi, reformandumque mores per humane conditionis hostem decoloratos, quatenus puro corde et casto corpore presertim clerus noster Creatori suo digne ministrare valeat, felicitatemque perpetuam possidere. Vobis igitur omnibus et singulis supradictis in virtute sancte obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatenus infrascriptas Constitutiones seu Statuta synodalia *) per Antecessores nostros in diversis Synodis matura deliberatione prius facta et per nos de novo collecta prompto suscipiatis affectu, eaque de cetero diligenter observare studeatis, scituri, quod si ea non feceritis, que inibi precipiuntur, aut aliquis vestrum statutis eisdem contravenir, preter hoc, quod iram Dei in se provocabit, a nobis impunitus non evadet. Datum Ratispone prima mensis Januarii, anno Domini 1512.

Num. MCLXXI. 1512. 4. Novembris. Ex Originali.

Johannes Administrator Eccliae Ratispon. etc. confirmat fundationem ac dotationem per lanifices in oppido Weyden nuper factam, vi cuius singulis seriis quintis perpetuis futuris temporibus sero decantato Salve Regina ad pulsum majoris campanae in Ecclia parochiali Weyden Responsorium de passione et agonia Salvatoris nostri Jesu Christi cum versiculo et collecta, ac singulis seriis tertii

*) *Statuta haec synodalia primum fuerunt impressa a. per Joannem Pfeil artis impressoriae Magistrum Bambergae, folio minori 1512. et opus hoc finitum 15. Maii. b. Eadem inseruit Lünig Spicilegii Ecclci Continuationi II. a. pag. 827 — 870. c. Item continentur in Josephi Hartzheim S. J. Collectione Conciliorum Germaniae, Tomo VI. a folio 78 — 131.*

in altari sanctae Annae officium de eadem sancta Anna devote decantari debeat. Insuper Administrator et ejus Suffraganeus Petrus Epus Jerapolen. indulgentias concesserunt. In quorum fidem praesentes litteras Sigillorum nostrorum appensione duximus utriusque roborandas. Datum Ratisponae die 4 mensis Novembris anno Domini 1512.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCLXXII. 1513. 5. Aprilia. Ex Originali.

Joannes Administrator Ecclesiae Ratisponensis, Comes Palatinus Rheni et Dux Bavariae confirmat perpetuam missam, quam Fridericus Neumaier plebanus in Holzhausen Frisingensis Dioecesis, ac textores in parochiali Ecclesia B. M. V. in Vilshiburg ad altare sancti Achatii fundaverant cum consensu plebani ibidem Capellano praescribuntur obligationes constictae et vita honesta. Jus patronatus reservatur Magistro textorum. In quorum fidem praesentes Litteras exinde fieri a Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum Ratisponae die Martis, quinta mensis Aprilia, anno dni 1513.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCLXXIII. 1514. 8. Martii. Ex Originali.

Joannes Comes palatinus Rheni, Episcopatus Ratispon. Administrator confirmat missam in altari sancti Erhardi, vulgo Sutorum appellato, et in Ecclesia parochiali sancti Martini Ambergae singulis feriis quartis legendam, quam Wilhelmus Schuester fundaverat. Datum Ratisponae die 8. mensis Martii, anno dni 1514.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXXIV. 1515. 12. Jan. Ex Impresso originali.

Concordia facta inter Joannem Administratorem Ratisbon. et commendatores in Altenmünster et apud S. Leonardum Ratisbonae peto jurium parochialium prætensorum.

Joannes Dei et Apostolice Sedis gracia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes palatinus Rheni ac Dux Bayarie, Universis et singulis parochialium Ecclesiarum Rectoribus, Vicariis seu Provisoris

bus, Confessoribus et verbi divini Predictoribus, ceterisque presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Diocesim Ratispon. ubilibet constitutis salutem in dno. Cum alias pro serenitate conscientiarum Christi fidelium nobis subditorum in Statutis nostris synodibus declarationem quandam fecissemus, mandantes etiam publicari, quod confitentes in pascha commendatoribus vel fratribus in Altenmünster, et sancti Leonhardi Ratisponen. domorum Ordinis sancti Joannis Jerosolimitani non satisfacerent Constitutioni „Omnis utriusque sexus,“ sub hæta super hoc inter nos ac dictos commendatores differentia et materia questionis occasione facultatum suarum talis, ut sequitur, concordia intervenit: In primis dicti commendatores et fratres eorum deputati abstineant in quadragesima, et potissimum tempore pascatis absolvere diocesanos Ratispon. remissos in casibus Episcopalibus, non remissos sine licentia suorum plebanorum, et omnino a porrectione venerabilium Sacramentorum. Item abstineant ab omnibus causis matrimonialibus, quarum cognitio et discretio tam pro, quam contra matrimonium, tam etiam super impedimentis ante et post contractum spectat ad Epum, ex quo cognitio illorum propter publicum scandalum imminens et maximum prejudicium, quod vertitur in his causis, atque periculum animarum exigit tam in foro conscientie, quam etiam in foro jurisdictionali plenariam cause veritatis cognitionem. Item abstineant super permissione et dispensatione conjugum non coabitantium. Item abstineant expeditre agentes in publicis et notoriis criminibus propter scandalum tam clericos, quam laicos, et sic in concubinatu, adulterio sive sacrilegio cohabitantes, cum tales veraciter penitere et ipsi absolvere non possunt, pariter publicos usurarios, nisi remotâ causâ delinquendi. Item abstineant absolvere et expeditre percussores clericorum, cum in hmoi casu requiratur juris peritia maxima, et discretio inter levem et enormem lesiones, consensus partis et judicis ordinarii, cuius vertitur interesse, quod ipsi auferre non debent, neque Ordinario prejudicare, contrafacientes dant occasionem delinquendi; nam expedit eos percussores aliquando declarare censuras incidisse, ne immisceant se divinis in periculum animarum et scandalum aliorum, nisi fortassis in foro conscientie, si facultates eorum ad hoc se extendant, ve- lint eos absolvere, tunc in foro jurisdictionali remittant ad Ordinarium. Item abstineant omnino absolvere sive relaxare a censuris ecclesis ab homine lati, videlicet ab excommunicatione, suspensione et interdicto. Item abstineant absolvere quoscunque ad Sedes Papalem et Episcopalem ex certis causis remissos, ne eorum auctoritas

vilescat et contemnatur. Item cum de consuetudine Diocesis Ratispon. introductum sit, ut qui per penitentiarum Ep. Ratispon. iudicati fuerint, suscipere penitentiam publicam, qua tales presentent se in die cene Domini, ut ab Epo et non ab ipsis suscipient eandem, cum talis regulariter ab Epo tradi debet cum solemnitate consueta. Item abstineant inthronizare conjuges sive dispensatos, et solemnizare ruptias, pariter quemquam absolvere a pena et culpa. Item abstineant absolvere a sententiis per Statuta provincialia seu synodalia promulgatis; nam delinquentes contra hmoi casus incident in excommunicationem ipso facto, quos etiam Ordinarii locorum excommunicatos declarare possunt, nulla religiosis super hoc exemptione vel alio privilegio suffragante. Item abstineant in virtute sancte obedientie Sedis Apostolice, et sub interminatione maledictionis eterne, ne in sermonibus suis Eccliarum Prelatis detrahant, aut retrahant laicos a suarum Eccliarum frequentia vel accessu, neque indulgentias pronuntient indiscretas, nec confectionibus testamentorum se immisceant, nec a restitutionibus debitiss, aut legatis matricibus et aliis Ecclesiis faciendo retrahant testatores, neque legata vel debita aut male ablata sibi insertis aut aliis singularibus sui Ordinis fratribus vel conventibus in allorum prejudicium fieri seu erogari procurent; contravenientes possunt per Prelatos juxta juris communis dispositionem puniri, nisi de his, qui occasione premissorum excessuum ad eos pervenerint, nisi Ecclesiis aut personis Ecclesie damnificatis vel losis satisfactionem plenariam exhibuerint infra mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis Sententiam usque ad satisfactionem debitam eo ipso incurront, non obstantibus premissis Statutis aut quibuslibet Privilegiis, cujuscunque tenoris existant. Item abstineant a dispensatione votorum, nisi cum magna discretione et cause cognitione. Item abstineant absolvere et expedire eos, qui apud Sedem Episcopalem vel a suis plebanis injunctas penitentias negligunt seu nolunt adimplere, recurrentes in contemptum clavium ad eos. Item abstineant absolvere homicidas in prejudicium Ordinarii et partiam, donec cum ipsis concordati et reconciliati fuerint. Postquam igitur prefati commendatores cum suis fratribus premissa observaverint, committimus vobis mandantes, ut parochianos vestros non retardetis, neque impediatis, accedere eos pro indulgentiis consequendis et aliis piis operibus perficiendis; in hoc facitis nostram voluntatem. Datum Ratispone die 12. mensis Januarii, anno dni 1515.

Num. MCLXXV. 1516. 20. Februarii. Ex Impresso originali.

Mandatum ad Clerum dioecesanum, ut sibi comparet Libros liturgicos.

Joannes dei et apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes Palatinus Rheni ac Bavarie Dux. Universis et singulis Decanis, Plebanis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Vicariis, divinorum Cooperatoribus, ceterisque presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Diocesim nostram Ratispon. ubilibet constitutis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem in dno. Quamvis superioribus annis recolende memorie predecessores nostri Heinricus et Rupertus Epi Ratispon. pro laude dei et cultus divini augmento, utque presbyteri dicte diocesis horas canonicas et officium divinum uniformiter et devote persolverent, libros missales, Breviariaque correcta in majori et minori littera imprimi et in dictis Civitate et diocesi ubilibet comparari voluerint et ordinaverint, prout et adhuc nonnulli libri missales, pariterque et horarum (scamnalia appellati) de majori forma et littera venales exhibentur; tamen quia iidem libri pro nonnullis presbyteris presertim non beneficiatis, capellisque et filialibus Ecclesiis, ad quas pro tempore deferendi vniunt, minus sunt accommodati, tum etiam quod Breviaria in minori littera nulla superfuerunt; nos cupientes defectum hmoi supplere, venerabilis Capituli nostri accedente consensu alios libros missales sub modo minori, facile portabili et compendioso, similiter Breviaria horarum in littera etiam minori et amena, priori non dissimili, expensis et sumptibus Georgii Ratdolt eivis Augusten. (anno 1516.) imprimi, et in Civitate diocesique predictis vendi econsensimus et admisisimus, librosque hmoi et pretium eorundem debita moderatione previa taxavimus; missales videlicet libros, unum, quod ligatum exhibetur, ad duos florenos Renenses, non vero ligatum uno quartali minus, item Breviaria duo, hyemale videlicet et estivale ligata pro duobus florenis et uno quartali, que vero ligata non sunt, pro duabus florenis: maiores autem libros missales antea per Magistrum Joannem Pfeil civem Bambergensem impressos, illigates pro tribus florenis Renen. vendendos et comparandos admittimus et taxamus respective per presentium tenorem, vobis universis et singulis supradictis committentes et mandantes in virtute sancte obedientie, et sub pena excommunicationis ac decem florinorum Renen. quatenus tam missales libros maiores et minores, quam Breviaria hmoi de manu Joannis Velber Notarii nostri signata et subscripta, et non alias vel alia, dum vobis venales et venalia exhibebuntur, pro vestra et

Ecclesiarum vestrum utilitate et necessitate non differatis compara-re, ac alios presbyteros vitricosque Ecclesiarum hmoi, ubi necesse fuerit, fideli adhortatione et persuasione ad emendum et sibi compa-randum eodem inducere studentis, utilitatem reipublice Eccle in hoc oportune promovendo. Datum Ratispone sub Sigillo nostro die 20. mensis Februarii; anno dni 1516.

Num. MCLXXVI. 1517. 6. Januarii. Ex Originali.

Mandatum papale ad Magistratum Ratisbon. ne amplius gravet Clerum injusta exactione Steurarum.

Leo PP. X.

Dilectis filiis Camerario et consulibus Civitatis Ratispon.

Dilecti filii, salutem et aplcam ben. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Administratores, Prepositi, Decani, Capitulum, Abbatisse et cleru Eccliarum et Monasteriorum istius Civitatis et Dioc. Ratispon. quod licet ipsi sint immunes ab oneribus, que laicis in-cumbunt, ac gabellis et datiis ab eisdem laicis persolvi solitis, tamen vos salutis anime vestre immemores hmoi immunitatem ac etiam concordata alias inter vos et clerum ipsum per bon. mem. Bartholo-meum olim Epum Civitatis Castelli tunc in partibus istis cum po-testate Legati de latere Nuntium aplcum facta et per vos et com-munitatem vestram acceptata quasdam ordinationes fecistis, quibus personas ipsas ecclcas ad solvenda datia et gabellas hmoi, et quedam alia gravamina, ac eorum familiares ultra, quam laici solvant, teme-re ac de facto cogere presumpsistis, in libertatis eccle offensam, animarum vestrarum periculum et ipsarum personarum ecclcarum prejudicium et jacturam. Quare pro parte dictorum exponentium nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis in premissis opportune pro-videre de benignitate aplca dignaremur. Nos rem hanc tam mali exempli conniventibus oculis minime pretereundum esse censemtes, vobis sub excommunicationis late sententie pena tenore presentium precipimus et mandamus, ut Ordinationes predictas abrogetis et aboleatis, nec ipsas personas ecclcas earumque familiares ad solven-da aliqua datia seu gabellas bonorum et rerum suarum, quas non causa negotiandi deferunt, aut quecunque alia gravamina quovis que-sito colore contra concordata ac eccle libertatis hmoi prejudicium cogatis seu compellatis, sed ab illis exemptas et liberas, prout exis-

tunt, esse permittatis; quod si non feceritis, contra vos cogemur in*viti justitia id suadente ad graviores censuras procédere.* Datum Ro-
me apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die V. Januarii
1517. Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCLXXVII. 1517. 5. Martii. Ex Diplomatario.

Johannes Administrator Ecclesiae Ratispon. confirmat missam, medium nuncupatam in altaribus sanctorum Georgii et Viti parochialis Ecclesiae in Burglengenfeld inofficiandam, a civibus et communitate oppidi Burglengenfeld accedente expresso consensu abbatissae in Pülenhofen ceu collatrice dictae parochialis Ecclesiae fundatam et annuo censu 11. It. denar. Ratispon. dotatam. Jus praesentandi Capellatum reservatur praeferatis civibus et communitati. Datum Ratisponae die 5. mensis Martii anno dni 1517.

Num. MCLXXVIII. 1517. 31. Maii. Ex Originali.

Joannes Administrator Ecclesiae Ratispon. confirmat missam perpetuam seu Beneficium simplex in castro Loifling Parochiae Traubnach (hodie Schondorf) fundatum et dotatum a nobili et honesta muliere Magdalena reicta Udalrici Poysl in Loifling, accedente expresso consensu filiorum suorum, videlicet Johannis, Ulrici, Erasmi et Sebastiani. Jus praesentandi Capellatum reservatur seniori de praefata familia Udalrici Poysl, qua vero non amplius extante Epis Ratispon. Capellanus institutus tenetur singulis septimannis quinque missas celebrare, necnon plebanio in Traubnach obedientiam et reverentiam in cunctis licitis et honestis exhibere ac de indemnitate jurium parochialium fidelitatem observare. Datum Ratispone die ultima mensis Maii, anno dni 1517.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCLXXIX. 1517. 7. Junii.

Cum usuraria pravitas in Civitate et Dioecesi Ratispon. in quibus Iudei in copia tunc degebant, ita invaluisset, ut ipsi Iudei se publice super recipiendis usuris conductos et privilegiatos jactitarent, et illo colore freti indies christianorum facultates adeo exhaustirent, ut eisdem vix vitam miseram relinquenter, usurasque summis capitalibus connumerarent, Joannes Administrator Ecclesie Ratispon. atten-

dens, quod canonica auctoritas Iudeos ad remittendum usuras Christianis compelli praeccipiat, et tam veteris, quam novi testamenti Scriptura usurariam pravitatem detestetur, generale statutum condidit ac districte praeccipiendo inhibuit, ne iudex aut officialis querimoniam seu petitionem in judicio super quacunque usura a quovis Iudeo admitteret vel reciperet. Papa Leo confirmat hoc statutum et inhibitionem. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae 1517.
VII. Idus Junii, Pontificatus nostri anno quinto.

Hundii Metrop. I. 182. Edit. Ratisbon.

Num. MCLXXX. 1517. 24. Julii. Ex Originali.

Sentenz über die in Thann vom Pfarrer in Peting zu haltenden pfarrlichen Verrichtungen.

Wir Johans von Gotes genaden Administrator zu Regensburg, Pfaltzgrave bei Rein und Herzog in Bairn etc. bekennen und tun kund öffentlich mit dem Brief. Als sich zwischen unserm besonders lieben Achatzen Nothaft zu Thann aines, und unsers lieben getreuen Erhard Klörl Pfarrers zu Peting andern Tails des Gotsdiensts halben Spenn und Irr gehalten, derhalb si vor unsren Reten in gütlicher Verhör erschinen, und nach wol gütlichen Underreden solche Irr frei und willig auf unsre Rete compromittirt und gegangen, also was die zwischen Inen darin ordnen, machen und entschaiden werden, das sy es beider Seits on alle Weigerung zu Dank und ganz völligen Benügen annehmen, treulich und stät halten, dem Genüg und Volge tun wellen, wie sie dann das zugesagt und angelobt haben; darauf sie unsre Rete der sachen beladen und mit eines jeden Vorwissen erkennt, gesprochen und entschiden, wie hernach volgt: 1. Soll Pfarrer zu Peting an sand' Barbara Tag durch sein selbs, oder seines Vikari Person den Gotsdienst mit Mess-Singen, oder Lesen zuthun volbringen, wo es aber dermassen nicht sein möcht, sol er Pfarrer oder sein Vikari einen andern erberen Priester schickhen, und was auf demselben Tag in die Taffl gefellt, soll im Pfarrer, gleichwie an andern Festen und Tagen, wo er da den Gotsdienst volbringt, 1/3 zugestellt werden samt der Liefierung, so er im Sitz daselbst empfahen soll. 2. Soll Pfarrer oder sein Verweser schuldich und pflichtich sein, in der Vasten das Volk zu Thann und Hülstet Beicht zu hören, und allda soll ihm von je-

dem Haus ein Metzen Haber samt dem Beichtgelt on Widerred geben werden; wer sich aber des weigert, der sol zu Penting bei der rechten Pfarrkirchen beichten, so ist er des Habern ledich. Sofern aber einer den Haber nicht hete zugeben, sol er dafür soviel Gelzes, wie dann zu derselben Zeit der gemaik Kauf ist, bezahlen. 3. Zu österlichen Zeiten sol Pfarrer oder ein Verweser auf Eritag nach dem Palmtag in der Kapelln zu Thann dem Edlmann, sein Hausfrau, Kinder, Hause gehalten mit dem hochwürdigen Sacrament unsers Herrn Fronleichnams versehen mit samt den kranken Leuten und schwangern Frauen, die andern sollen in diesem Fall die rechte Pfarrkirchen Penting heimsuchen. 4. Den dritten Tail grossen und kleinen Zehnts, so dem Pfarrer von Rechts wegen und alten Herkommen zugehörig ist, soll Achatz Nothaft und seine Nachkomen dem Pfarrer oder seinem Verweser zugeben schuldich sein, auch den bei seinen Underessen zu geben verfügen, inmassen bei andern pfarrleuten daselbs gehalten wird, treulich on Gevärde. 5. Für den Rueben- und Krautzehent der Zwiprach von den Höfen und Gütern, so fern Achatz Nothaft anzeigt, das dafür 1 Hof nicht mer, dann 10. Wiener, 1/2 Hof 5 Wiener, und 1 Garten 5 Wiener zu geben schuldig sei, dabei soll es bleiben, wo nicht, sollen die eben gleich mit andern Höfen, halben Höfen und Gärten, so in der Pfarr gelegen, verzehent werden. 6. und letztens, die kranken Leut zu versehen in den Nötten, soll Pfarrer oder sein Verweser kein Rötz oder Sebarn, damit Niemand verwirlost werde und unversehen bleibe, wie vormalien auch beschehen, Bevelh geben. Damit sollen die Tail, ire Irr auf ein stetes ewiges End gericht, geaint, vertragen, und kein Tail dem andern Neues, noch Weiters, dann was dieser Spruch ausweiset, schuldig sein, getreulich und on gevärlich. Des zu Urkund haben wir dem bemelten Pfarrer zu Penting auf sein Begeren diß unsrer Rete Spruchs einen Brief mit unserm anhangenden Secrete gesigelt geben zu Regenspurg Freitags nach Maria Magdalene, und nach Christi unsers lieben Herrn Geburde im 1517 Jar.

Sigillum Administratoris adpendet cum Leone, rhombis et litteris:

I. A. R.

Num. MCLXXXI. 1519. 2. Junii. Ex Originali.

Indulgentiae concessae neoerectae Capellae ad speciosam Virginem Mariam Ratisbonae.

Raphael Ostiensis, Bernardinus Sabiensis, Dominicus Protuensis, Franciscus Praenestin. et Nicolaus Albanen. Episcopi, Thomas tit. sanctorum quatuor Coronatorum, Adrianus tit. S. Sabinae, Joannes tit. S. Balbinae, Joannes Dominicus tit. S. Joannis ante portam latinam, Scaramszia tit. S. Cyriaci in Tiberinis, Pomerius tit. duodecim Apostolorum, Dominicus tit. S. Bartholomaei in insula, Ferdinandus tit. S. Pancratii, Aloysius tit. S. Clementis, Silvius tit. S. Laurentii in lucina, ac Franciscus tit. S. Calixti, Alexander S. Eustachii, Marcus S. Mariae in via lata, Amandus S. Nicolai in carcere Tulliano, Sigismundus S. Mariae novae, Bernardus S. Mariae in porticu, Innocentius S. Mariae in Dominica, Paulus S. Nicolai inter imagines, Alexander fs. Sergii et Bachii, ac Hercules S. Agathae diaconi miseratione divina S. R. E. Cardinales, Universis et singulis Christi fidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus. Cupientes igitur, ut Capella sive altare in Synagoga seu loco, ubi Ebraei seu Iudei suam olim faciebant synagogam, in Civitate Ratispon. noviter ad Dei omnipotentis laudem et honorem B. M. V. sub invocatione B. M. pulchrae erecta et instituta, ad quam, sicut accepimus, dilecti nobis in Christo honorabiles viri Simon Schwebel cammerarius, et Caspar Amman civis ejusdem Civitatis singularem gerunt devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter veneretur, ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon libris, calicibus, lumina-ribus, ornamentiis Ecclcis, ac rebus aliis divino cultui necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ibi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem, manutentionem ac munitionem praedictas manus promptius porrigitur adjutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae ubertus consperxerint se refectos, nos Cardinales praefati, videlicet quilibet nostrum per se supplicationibus Simonis et Casparis praedictorum nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui Capellam sive altare praedictum in singulis, videlicet Annuntiationis, Nativitatis et Conceptionis ejusdem B. Mariae,

sanctae Annae ipsius matris, ac Capellac sive altaris hmoi dedicatio-
nis festivitatibus et diebus a primis Vesperis usque ad secundas Ves-
peras inclusive devote visitaverint annuatim, et ad praemissa manus
porrexerint adjutrices, pro singulis festivitatibus et diebus praelatis,
quibus id fecerint, centum dies de injuncis eis poenitentius miseri-
corditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris tempo-
ribus duraturis. In quorum fidem litteras nostras hmoi fieri, et nos-
trorum Sigillorum jussimus appensione communig. Datum Romae
in dominis nostris anno a nativitate Domini 1519. die vero secunda
mensis Junii, Pontificatus fmi in Christo patris et domini nostri,
domini Leonis divina providentia Papae X. anno septimo.

Appendix 25. Sigilla Cardinalium.

Num. MCLXXXII. 1521. 4. Januaril. Ex Impresso originali.

Joannes Administrator Episcopatus Ratisbonae communicat suo Clero dioecesano Leonis
Papae Bellam contra errore Martini Luther et sequacium emanatam.

Joannes Dei et Apostolicae Sedis gratia Administrator Eccle-
siæ Ratispon, Comes palatinus Rheni, et Bavariae dux. Universis
et singulis nobis in Christo dilectis Ecclesiarum et Monasteriorum
etiam exemptorum Praelatis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, De-
canis, Capitulis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis,
caeterisque Presbyteris, Clericis, Notariis et Tabellipnibus publicis per
Civitatem et Diocesim Ratisponen. ubilibet constitutis, ad quos praes-
entes nostrae litterae pervenerint, quosque praesens tangit negoti-
um, salutem in dno, et nostris, immo verius apostolicis firmiter
obedire mandatis. Noveritis, nos vigore litterarum sanctissimi in
Christo patris et dñi nostri dñi Leonis divina providentia Papae
decimi contra quemdam fratrem Martinum Luther ordinis sancti Au-
gustini heremitarum, ejusque adhaerentes, complices, fautores et re-
ceptatores occasione erroneae atque piaxuti mentiunt seductivae doc-
trinae ac scripturarum dicti fratris Martini nuper Romae decimo sep-
timo Calendas Iulii, anno vicesimo emanatarum, per venerabilem,
egregium, nobis sincere dilectum magistrum Joannem Eekium sacrae
Theologiae et Canonum doctorem, praelati domini nostri Papae ad
infra scripta nuncium iam saepius esse requisitos, quatenus easdem
litteras apostolicas, seu illarum transsumpta publica per dictas Civi-
tatem et Diocesim nostras publicari curaremus, unde requisitioni ac

mandatis apostolicis hujusmodi ex debito obedientiae obtemperare
volentes, vobis omnibus et singulis supradictis in virtute sanctae
obedientiae, et sub poenis in dictis litteris apostolicis contentis dis-
tricte praecipiendo mandamus, quatenus, postquam vigore praesentium
fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, dictas litteras
apostolicas seu earum transsumpta publica, omniaque et singula in
eis contenta in cancellis Ecclesiarum et Monasteriorum vestrorum ac
alibi, ubi, quando et quotiens opus fuerit, Christi fidelibus diligenter
publicetis et intimetis, ac publicari et intimari permittatis et factatis,
omnes et singulos Christi fideles supradictos fideliter exhortando, ut
ab erroribus et doctrina praefata fratri Martini Luther in dictis apos-
tolicis litteris designatis, eorumque praedicatione, publicatione, asser-
tione, defensione, libellorum et scripturarum editione omnino absti-
neant; neque libellos, praedicationes, scripturas sive cedulas erro-
neam doctrinam dicti Lutheri in se continentem de caetero lassent,
imprimant, vendant, publicent sive defendant publice vel occulte,
aut eosdem in eorum domibus sive aliis locis tenere seu occultare
quoque modo praesumant, vel aliquis eorum praesumat; quinimmo
illos post publicationem praesentium Praelatis et Decanis Capitulo-
rum ad comburendum indilate assignare curent, aliaque faciant,
quaes ipsos et quemlibet eorum serie litterarum apostolicarum hujus-
modi respective concernunt, prout ultiorem divinam ac praefata do-
mini nostri Papae indignationem, necnon sententias, censuras et
poenas alias in ipsis litteris apostolicis expressas voluerint evitare.
Datum Ratisponae, die quarta mensis Januarii, anno dni 1521. sub
Vicariatus nostri Sigilli appressione.

*Sequitur deinde per 15. paginas ipsa Leonis Papae Bulla contra Lutherum
dd. Romae 1520. XVII. Kalend. Julii, alias nota ex Bullario Romano ac ve-
riis Libris occasione Reformationis editio.*

Num. MCLXXXIII. 1522. 5. Martii.

Erläuterungen
Erstes bairisches Religionsmandat gegen Luther, und dessen Anhänger in Baiern.

Von Gottes genaden Wilhelm und Ludwig gebrüder, Pfalzgraven bei Rhein, Herzogen in Obern und Nydern Bayrn etc. Entbieten allen und jeden unsern Vitzdomen, Statthaltern, Haubt-
leuten, Pflegern, Renntmaistern, Richtern, auch den unsern von
der Landschaft aller Stende, Prelaten, Grafen, Herren, Ritterschaft

Vitus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Ratisponensis, universis et singulis nostrae Dioecesis Decanis ruralibus salutem et sinceram in Domino charitatem. Tenore praesentium vobis intimamus, ad vestramque notitiam deducere volumus, quod nos quarundam evum errantium saluti consulere volentes, nonnulla salubria Decreta super ipsius Synodo Salisburgensi (Confer. Hansiz. II. 626. et Dalham p. 544.) ad Breve Apostolicum confecta publicare intendamus, ideo vobis omnibus et singulis in virtute sanctae et debitae obedientias districte praecipiendo mandamus, quatenus die lunae vel Martis post Dominicam Reminiscere proxime ventura, quae erit 19. vel 20 mensis Martii, heic Ratisponae in aula nostra Episcopali coram nobis, omnibus excusationibus postpositis, certo compareatis ad videntur et audiendum praedicta necessaria Decreta publicari, necnon super iisdem plenarie informari, certificantes vos et quemlibet vestrum, qui hoc nostro mandato requisiti fueritis ac in praefixo tempore comparare neglexeritis, aut alter vestrum neglexerit, quod tunc contra vos et quemlibet vestrum inobedientem condigna tanti contemptus et negligentiae poena et animadversione justitia mediante procedi curabimus, vestra vel alicujus vestrum absentia, contumacia sive excusatione in aliquo non obstante. Et licet de obedientia non dubitemus, supimus tamen scriptis vestris de legitima insinuatione certificari. Datum Ratisponae die lunae 26 mensis Februarii, anno Domini 1565.

Num. MCCLII. 1566. 6. Februarii. Ex Diplomatario.

Am dritten December 1565. haben die ehrwürdigen und geistlichen Herren Peter Schreiner d. z. Prädicant zu Deckendorf und Pfarrer zu Schneiding eines Theils, und Martin Semann Cooperator in Pilating andern Theils einen Vertrag miteinander abgeschlossen: weil nämlich Herr Peter Schreiner der Praedicatur wegen die Pfarr Schneiding nicht pferöhnlich versehen kann, hat er den Priester Martin Semann zu einem Provisor auf drei Jahre angenommen, um die Pfarr von Lichtmeß 1566. anfangend bis dahin 1569. nach altem Herkommen und katholischen Gebrauch der christlichen Kirche mit Predigten und andern Gottesdiensten getreu und fleißig zu verwalten. Als jährliche Bestallung werden dem Provisor die funeralia, confessionalia, panes primitiales und andere Stollgebühren, dañn 1 1/2 Schaff Korn, 1/2 Schaff

Weile, ~~s~~chaft Haber und der kleine Zehend, auch an jedem Quartember 16 Pf. 5 Hm.
zu Geld angewiesen. Dieser Contract ist zu Pösching im Pfarrhause in Weisn des
Herrn Albanus Federi Pfarrers daselbst abgehandelt und gemacht worden, und beide
Theile haben fachhin & gleichlautende Abschriften zur Bekräftigung dem General Vi-
cariat in Regensburg vorgelegt, welche Confirmation auch ertheilt, und dem Notarius
befohlen wurde, solche Verhandlung in das Gerichtsbuch einzutragen. Actum
Regensburg den 6. Februarii, anno Domini 1566.

*De mandato dñi Vicarii generalis Ecclesiae Ratispon. Georgius Marperger
Notarius ss.*

Num. MCCLI. 1567. 6. Februarii. Ex Originali.

Cum nuper die Martis 21. mensis Januarii a. c. 1567. Iobae memoriae Revo-
rendus in Christo pater, dñus Vitus a Fraunberg Epus Ecclesiae Ratisbonensis na-
turae solvens debitum, spiritum reddidisset Creatori; et cadavere ipsius ecclasiasticae
tradito sepulturae, tique officio exequiali persoluto, die 6. Februarii dieci anni Cano-
nicci in Sacristia sinistra seu septentrionali Ecclesiae cathedralis fuerunt congregati ad
peragendam et celebrandam futuri Praesulis electionem, et electus fuit a majori et
saniori Capituli parte forma scrutinii et compromissi mixta venerabilis dñus David
Koelderer de Burgstall, dictae Ecclesiae Decanus, qui etiam publice ceu Pastor Eccle-
siae Ratisbon. pronuntiatus et solemniter publicatus fuit. Notariatus instrumento
super hac electione confessio subscripserunt Canonici eligentes Laurentius Hochwart
I. U. D. Senior, Christophorus a Fronhofen, Joannes Eberhardus a Thürheim, Stephe-
nus a Paulstorff, Philippus a Parsberg, Joannes Georgius Simenkofen, Ulricus a Rai-
denbuch, Joannes Pyrrher I. U. D.

Num. MCCLIV. 1568. 9. Martii. Ex Originali.

Pius Papa V. confirmat electionem Davidis Decani in Epum Ratisbonensem.

Pius Epus servus servorum Dei, dilecto filio Davidi Electo Ra-
tispon. salutem et apleam benedictionem. Dum ad universas orbis
Ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus, illarum propen-
sior gera nos angit, quas propriis destitutas Pastoribus dispersionsae
vacationis incommodis subiacere conspicimus, ut illis secundum cor
nostrum viri praeficiantur idonei, qui commissum sibi gregem domi-
nicum non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis sa-

Lubriter dirigant et informent, communicasque sibi Ecclesias in statu
 pacifice et tranquillo velint et valeant auctore domino salubriter ra-
 gere et feliciter gubernare. Sane Ecclesia Ratispon. cui bonae me-
 moriae Vitus Epus Ratispon, dum vivet, praesidebat, per obitum
 ipsius Viti, qui jam ante biennium extra Romanam Curiam debitum
 naturae persolvit, Pastoris solatio destituta, dilecti filii, Capitulum
 ejusdem Ecclesiae, ad quos electio personae idoneae in Epsum Ra-
 tispon. dum Ecclesia ipsa pro tempore vacat, juxta Concordata du-
 dum inter Sedem apicam, et nationem germanicam inita pertinere
 dinoscitur, pro electione futuri Eps Ratispon. celebranda vocatis om-
 nibus, qui voluerant, potuerant et debuerant electioni praedictae
 cominode interesse, dle ad eligendum praefixa, ut moris est, conve-
 nientes in unum te tunc ipsius Ecclesiae Decanum, in Presbyteratu-
 s ordine et aetate legitima constitutum in Epsum Ratispon. via
 scrutinii concorditer elegerunt, tuque dictae electionis illius tibi praes-
 entato decreto consensisti, et deinde negotium haroi electoris pro-
 ponni fecisti in Consistorio coram nobis, petens illum auctoritate apostolice
 confirmari, statutis a jure temporibus in his omnibus observatis.
 Nos igitur electionem praefatam, et idoneitatem apud merita personae
 tuae examinari fecimus diligenter, et quia facta nobis relatione fideliter
 eandem electionem de persona tua praefata nobis et fratribus nostris
 ob tuorum exigentiam meritorum accepta, cui apud nos de litterarum
 scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providen-
 tia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum
 donis fide digna testimonia perhibentur, invenimus candice tuisse ce-
 lebratam, electionem ipsam de fratum eorundem consilio dicta au-
 citoritate tenore praesentium confirmamus et approbamus, teque praedictae Ecclesiae in Epsum praeficimus et Pastorem, curam et admi-
 nistrationem ipsius Ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus ple-
 narie committendo, in illo, qui dat gratias et largitur praemia, con-
 fidentes, quod gratia Domini tibi assistente propitia Ecclesia ipsa per
 tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur ut-
 liter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et tem-
 poralibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini quis impos-
 tum humeris, prompta devotione suscipiens oram, et administratio-
 nem praedictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter,
 quod exinde sperati fructus adveniant, ipsamque Ecclesiam gubernatori
 provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissari, ac
 tu praeter aeternae retributionis praemium nostram et dictae Sedis
 benedictionem et gradiam exinde uberiori consequi merearia. Datum

Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1568.
VII. Id. Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

Plumbum: Pius PP. V.

Eodem anno et die super hac Confirmatione datae sunt Bullae consuetae ad Capitulum, Vasallos, clericum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCCLV. 1569. anense Mart.

Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburg. celebravit Synodum provincialis anno 1569. a die 14 Martii usque ad 28 Martii, cuius Statuta anno 1574. Dilingae excedente Sebaldo Meyer typis sunt edita. *) Est opus sanc. absolutissimum ac velut corpus Iuris sacri Provincie Salisburg. omnium superiorum Archipresulorum Statuta complectens, dilucidans, extendens atque, ubi opus; attemperans, ad religionis praecipue catholicae conservationem, haereticorum extirpationem directum, ac veluti aurea regula et amufis vitae tam clericalis, tum pastoralis, tum et regulensis. Sacrum in capite, ut tam laici, quam clerici unam voluntque fidem catholicam in Provincia Salisburgensi observent atque colant; ut Sanctiones Concilii Tridentini observentur: ut professio fidei catholicae ac juramentum erga summum Pontificem in omnibus Synodis tum provincialibus, tum dioecesis fiat: ut nemo libros haereticos aut scripta penes se habeat: ut Episcopi habeant coryceos seu inspectores librorum, quos bibliopolae aliquique inferunt: ut typographi et bibliopolae fidei catholicae professionem quotannis faciant: ut Rectores Ecclesiarum homines de haeresi diffamatos continuo denuntient Ordinario; invigilent in dicta et facta eorum, qui de locis haereticis aut de haeresi suspectis adveniunt. Jam alia de electionibus Episcoporum ac Praelatorum; de vita et qualitatibus eorumdem; de Officialibus, Vicariis, Assessoribus, Praedicatoribus et caeteris tum personis, tum rebus ecclesiasticis, ritibus, caeremoniis, obligationibus, sacramentis, disciplina populi, iudicis litterariis eorumque moderatoribus, seminariis Clericorum, de institutione Visitacionibus, de celebrandis Synodis, aliisque talibus, quae constitutionibus quatuor supra sexaginta continentur. Subscriperunt ex parte Epi Ratispon. Caspar Maeer fa. Th. Dor, Ecclesiae Ratisbon. orator, et Joannes Eberhardus a Thürheim Canonicus Ratisbonensis.

Hansiz Germaniae sacrae Tomo II. pag. 628.

*) Extant etiam in clar. Dalhami Collectione Conciliorum Salisburg. a pag.

348 — 593.

Num. MCCLVI. 1569. XI. Junii Ex Originali

Indictio Synodi dioecesanae.

David von Gotes Gnaden Bischof zu Regensburg an Herrn Blasius Abt zu St. Emmeram in Regensburg. Unsern gütigsten Grues zuvor. Würdiger in Gott, Andechtiger, besonders Lieber! Ihr habt euch zu erkennen, daß auf Guthaissen und Befehl des Hochwürdigsten ih Gott Vaters und Herrn, Herrn Johann Jakob Erzbischofes zu Salzburg und Legaten des Stuhls zu Rom, unsers genädigen Herrn uns auferladen ist, einen Synodum dioecesanam aufs chist anzurichten, zu welchem ihr dann auch ordenlicher Weis, wie sich gebürt, solchem neben andern beizuwohnen durch uns evocirt und erfodert worden, ungezweifelten Versehens, ihr werdet solches zu erfüllen euch mit weigern und zur Befürderung und Anstellung Gottes Lobs und des Cleri Reformation, auch Abstellung der graviamnum des besten helfen und ratzen, wie dann unser genädiges Vertrauen zu euch stehtet. Dieweil dann dieser actus mit sonderlichen hohen Ceremonien und Gottesdienst, wie billich, soll angefangen werden, und wir aber noch diese zeit unsre Pontificalia mit empfangen, langt an euch derohalben unser genädiges Begeren, ir wöllet am Montag den 21 hujus, ehe der Fürtrag beschehen soll, in Pontificalibus das Ampt de S. Spiritu auf dem Hochaltar in unserm Domstift halten und singen. Solches Begern wir gegen euch mit Genaden (zudem ihr dem allmächtigen Gott ein angenehm Werk erzaiget,) zu erkennen, euch auch mit allen geädiglich zu willfaren sind wir wol genaigt und bei Zeigern dies euer schriftliche Resolution genädiglich gewartend. Datum Regensburg den 11 Juny. 1569.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLVII. 1571. 22. Jan. Ex Originali.

Confirmatio Statutorum Capituli cathedralis Ecclesiae Ratisponensis.

Joannes Jacobus, Dei gratia Archiepiscopus Salzburgensis, Apostolicae Sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam. Officii Metropolitani debitum pia nos devotione exercere credimus, dum ea, quae pro divini cultus, ecclesiasticae disciplinae, et bonorum morum augmento bono zelo facta et constituta sunt, auctoritate nostra,

quantum cum Deo possumus et debemus, pro virili promoveamini;
 Sane honorabiles nobis in Christo sincere dilecti Jennes Pyrher
 juris Doctor Decanus, Senior, totumque Capitulum Ecclesiae Ratia-
 bonensis nobis humiliter supplicarunt, quatenus quaedam Statuta et
 Ordinationes dictae Ecclesiae inter alia divinorum celebrationem et
 ceremonias in Choro, ac personarum admissionem et praebendarum
 distributionem, nec non praesentias et absentias ac alia, etiam tem-
 poralia negotia ipsius Ecclesiae et Capituli concernentia, compilatas
 auctoritate nostra Metropolitica confirmare dignaremur. Quorum
 quidem Statutorum et Ordinationum tenor de verbo ad verbum se-
 quitur, et est talis:

*Statuta haec continentur (mendose tamen) in Andreas Mayer Codice Statuto-
 rum seu Thesauro novo, Tomo IV, pag. 2. — 25.*

Attendentes itaque dictorum Deeani, Senioris et totius Capituli
 Ratisbon. Ecclesiae petitionem ratione consonam, et venerabili ami-
 co nostro charissimo Davidi Epo Ratisbon. eorum Ordinario (prout
 nobis fraternitas sua per litteras significavit,) non adversari, ideo haec
 ipse praememorata Statuta et Ordinationes, ac omnia, quae in eis
 contenta, ordinata et disposita sunt, confirmavimus, easque tenore
 praesentium auctoritate nostra Metropolitica, quantum de jure pos-
 sumus, confirmamus, volentes, ipsas plenum firmitatis robur habere,
 harum testimonio litterarum Sigilli nostri majoris appensione muni-
 tarum. Datum in civitate nostra Salisburgensi, die XXII. mensis
 Januarii, anno Domini 1571.

Sigillum affabre sculptum adpendet.

Num. MCCLVIII. 1571. 17. Martii. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae.

Von Gottes genaden wir David Bischof zu Regensburg etc.
 Entbieten allen und jeden Prälaten, Prioren, Commendatoren und
 allen derselben Verwaltern unsers Stifts und Bistums Jurisdiction
 unterworfen, und denen dieser unser erster Befehl und Mandat
 durch unsern geschworenen Camerpoten fürgewiesen und ausgelegt
 wird, unsern günstigen Grues. Es tragen sich dermassen sachen und
 obliegen unsers Stifts zu, daß wir bewegt und verursacht wörden,
 gemaine unser Gaistlichkeit unsers Bistums zu erfodern und zu be-

schreiben, Ihnen unsern Gewütt und gesäßig Bedecktheit zu entdecken und Handlung zu pflegen. Hierauf vor beschieden und erlödern wir euch gesäßiglich und mit Ernst abgerende, ihr swöllet auf Sonntag Laetare Abends den 25. schirist künftigen Tag und dieses Monats Martii gewislich allbie bei uns erscheinen, sind am Montag nächst darnach früher Tagzeit ehemelte Handlung neben andern gewartend mit dichten zuschließen. Wa auch aber keiner Leibes und ehehaft Nott verbündert, sollt ihr einem andern stat ewen ninen mahl kommen Gewalt stellen und auch in dem gehorsam erzägen, salb wir uns dann solches ungewiselt verzehen und gegen euch mit allen gesaden erkennen wollen. Es soll sich auch ein jeder dem dieser unser osner Beselch durch diesen unsarp geschworenen Caput poten auf- und fürgewiesen wird, mit signer Hand unter dies bepmeldt Mandat verzähnen. Datum Regensburg unter unsrem hiesigen gedruckten Secret den 17. Martii 1571.

Daniel Marperger Notarius in idem praemissorum fa.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLIX. 1571. 15. Juli. Ex Originali.

Papae Gregorii XIII. Breve ad Capitulum cathedralie Ratibus. quo ad diligenter observationem decretorum Synodi provincialis 1569. habite admobetum.

Gregorius PP. XIII.

Dilecti filii; salutem et apostolicam ben. Posteaquam certiores facti sumus, quam prompto paratoque animo ad provinciale Synodum, a ven. fratre Archiepo vistro, magno, ut audivimus, Coepiscoporum suorum consensu convocatam, celebrandam conveneritis, magna in dno laetitia affecti sumus, vestrarumque erga Deum omnipotentem pietatem ac religionis catholicae studium in dno vehementer commendavimus, cui quidem eo etiam nomine gratias egimus, quod rei moderandis tam clericorum, quam laicorum moribus, corrigendis excessibus, componendisque discordiis omnium maxime accommodatae bonum exitum pro sua misericordia concedere dignatus est; et quidem vos potissimum decuit, dilecti in Christo filii! tandem; tamque egregiam voluntatem ostendere ad opus animarum salutis tantoper necessarium atque utile consciendum, quippe quod ad vestram, clericique istiis in primis honestatem existimationemque redundaturum sit. Etsi

etiam hec universali quaque Ecclesiae esse ab nullius tamen magis,
 quam vestra interest, vos in nomine domini vacates, piam, sobram, ho-
 nestamque vitam viventes omnes vestras salves facere, pro quibus
 nulla est iuxta salvatoris nostri vocem, quae a vobis dari possit
 somnatio. Haec vero, tamen qui vos in ejus Synodi celebratione
 promptos alacresque praebitis, eadem illius decretorum diligentes
 satis castodes, primitique omnium ceteris obedientiae exemplum pro-
 datis. Si enim, ut speramus, prius vos es, quo decet, studiis pre-
 fatae Synodi decreta servabitis; vestro exemplo caeterarum Ecclesia-
 rum Capitula perhorta, ad idem egendam vestimentis incumbent,
 ita, qui ab initio in celebranda provinciali Synodo fructus omnibus
 propositus fuo, hunc adjuvante domino per vos omnes consequentur: quae
 quidem res, quantum ad vestra apud omnipotentem Deum merita, et
 apud homines laudem arguandam momentum ponderisque habitura sit,
 pro comperto habemus, dilectiones vestras etiam sine utili nostris
 verbis intelligere. Quocirca vos in domino yahemepter hortamur non
 solum ad ea, quae tam salutariter tamque utiliter in praedicta Synodo
 statuta esse accepimus, fidemque observando, sed etiam ad alia omnia
 sedulo agenda, quibus et divinus cultus augeri, et religio catholica
 in pristinum istic statum restituiri, et vetustissimae Ecclesiae Romanae
 caeremoniae rectificari possint. Hoc et ecclesiis, per certe habere de-
 betis, Deum omnipotentem vestris omnibus actionibus auxilio quoq;
 affaturam, vobisque et in praesenti vita pacem, et in futura gloriam
 aeternam datarum esse, ad quam, ut vos pro sua misericordia digne-
 tur perducere, humiliter eum regamus. Plura a dilecto filio, fratre
 Feliciano a Morbinio accipietis, ejus verbis eandem, quam nostris,
 fidem exhibebitis, quaeque ille nostro nomine vobis cum ager, ea
 nos ipsos agere existimabitis. Datum Romae apud sanctum Mar-
 cum sub annulo pectoris, die XV. Julii 1572. Pontificatus nostri
 anno primo.

Ant. Buccapadullus.

Num. MCCLX. 1572. 28. Julii. Ex Originali.

Admonitio ad preces pro ecclesio statu, et felici regimine. Papae Gregorii XIII. cum
 mandato ad Decanatu rurales, ut subsidium charitativum plenaris persolvatur.

Thomas Grosthmannus Ecclesiis, utriusque juris Doctor, Canoni-
 cus ac in spiritualibus Vicarius et Officialis generalis Ratispon. Ec-
 cliae, honorabili nobis in Christo dilecto duo Benedicto Engelmair de-

1114

cano in Koetzing, cæterisque plebanis, vicariis, provisoribus et diaconis vinorum cooperatoribus per eundem decanatum Koetzing ubilibet constitutis saltem in dno. Em speciali commissione Revni dei nostri Epi Ratispon. Ordinaril vestri vobis eommittimus et sub debita obedientia mandamus, quatenus quilibet vestrum processionem, sive (ut vocant) circumlocionem in coemiteo veltro, atque officium de sancto Spiritu certa Dominica, quartocies fieri poterit, solemniter celebrandum et decantandum institutum est populum iste cancellis, ut eidem intersit et preces suas ad clementissimum Deum pro ecclesiæ statu et catholica religione conservanda, atque fisci dei nostri Papae Gregorii XIII. nuper electi salubri regimine devote dirigat, diligenter et paterne meneat, deinde omnes et singulos dieti Revni dei nostri Epi Ratispon. debitores, qui subaliam charitativam de praeterito anno vobis decane praedicto ad hoc specialiter deputato nondum persolverunt, diligenter moneatis et requitatis, quæ nos et eorum quemlibet sic requirimus et moneamus, ipsiusque sub excommunicatio[n]is latae sententiae poena districte præcipiendo mandamus, ut infra spatum quindecim dierum a monitione vestra hmoi computande ipsi, quicquid eorum quemlibet concernit, unacum nuntio propterea mittendi salario competente memorato duo decano vel transmittant vel personaliter præsentent realiter et cum effectu, alioquin lapso termino quemlibet eorum tanquam contumacem prætabant excommunicationis sententiam incurrire volumus ipse facto, mandantes vobis, quatenus eodem termino sic elapso eandem sententiam contra eos sic excommunicatos singulis diebus dominicis et festis in ambone Ecclesiarum vestrarum coram populo publice denuncietis et dehuntiari faciatis. Datum Ratisponæ die 23 mensis Iulii, anno dei 1572.

Sigillum Vicariatus intus impressum extat.

Num. MCCLXI. 1573. 17. Octobris. Ex Originali.

Breve Papæ Gregorii XIII. ad Davidem Epum Ratispon. que admonet ad regendum Clericorum Seminarium.

Gregorius PP. XIII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Nihil aliud expectari par erat a fraternitate tua, quam quod eam maxime decebat, quodque isti Epi loco et muneri in Ecclesia Dei dignissimo congruentissimum erat, te scilicet ea, quæ Dei sunt, toto pectorc

cepere et curare, Christique eisibus, quibus praepositus est, ad ipsum illa, quae una est recte sinceraque fidei et vitae via, producendis exaltare pugnare ei in Seminario constituendo ministros idoneos, qui a pueris sincera doctrina et optimis manibus instituti possint catholicam veritatem et dignitatem tueri, et quam plurimos doctrinac veritate ac vitae exemplo ad Christum perducere, unde ejus gloriam vehementer augeri necesse erit, hujus vero totius rei fructus, quem permagnum fore non dubitamus, ad tuam fraternitatem redibit; ut enim nihil Christi gratias est salute animarum, pro quibus ille sese morti turpissimae et crudelissimae obliicere non dubitavit, sic ei gratissimum esse oportet eos, qui in eam curam maxime incumbant. Fac igitur, charissime frater! quia in primum id, quod praecellere cogitas, summasque a nobis, ab universa Ecclesia, a Deo ipso gratiam inire stade, nosque tibi in munere conjunctis simos esse existimam, ac si qua in re tuam optimam voluntatem a nobis adjuvari posse intelligis, fac nos certiores et invenies nos certe paratissimos. Datum Roma apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris die XVII. Octobris 1573. Pontificatus nostri anno secundo.

Anton. Buccapadilius.

Nam. MCCLXIL. 1574. 50. Iuli. Ex Originali.

Admonitus papalis facta Capitulo Ratisbon. circa cultum divinum ac disciplinam.

Dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesiae Ratisbon.

Dilecti filii, salutem et apostolicam ben. Quid vos pre vestro loco atque ordine maxime curare et agere oporteat, quid operas et diligentiae conferre possitis ad retinendum atque augendum pius dei cultum, quibus maxime rebus haec assequi possitis, a dilecto filio Feliciano Ninguarda, cui haec monendi negotium dedimus, accepisse vos non dubitamus. Cognovimus autem ex ejus litteris multa apud vos corrupta, atque a vestro ordine et gradu aliena reperta esse, vosque ea emendaturos pollicitos esse: gavisi sumus, si, ut nostram paternam erga vos caritatem perspectam habetis, sic vestram filiis congruentem obedientiam signaverimus. Curabitis igitur, ut quae a Feliciano apud vos acta et constituta sunt, quam diligentissime servetis, ut vestro Epo et pastori obtemperantes sitis; ut Seminarium institutum sustentetis; ut annem nobis occasionem admissam gravius agendi; ut nostram paternam erga vos caritatem vestris etiam meritis in dies augeatis. Speciemus, nostrum hoc universal gregis domini pastoris munus grayissimum

vestra diligentia atque opera allevatum iri, neque vos aut vestro inveniri, aut nostrae optimae voluntati defuturos. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 30 Julii, 1574. Pontificatus nostri anno secundo.

Ant. Buccapadulus.

Nim. MCCLXIII. 1575.

In einem im besagtem Jahre verfaßten Salbüche werden folgende Beneficia und Stiftungen in Straubing nebst ihren Erträgnissen bemerkt:

I. In sanct Jakobakirche sind 14. gestiftete Messen:

- 1.) Auf dem St. Anna und heil. 5 Künigaltar eine ewige Messe, welche Doctor Ge. Sinchinger stiftete; Lehenherren derselben sind Bürgermeister und Rath in Straubing.
- 2.) Auf St. Niklasaltar hat 1360. Albrecht Steinhauß Probst zu Straubing eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verliehen.
- 3.) Auf St. Katharinenaltar hat 1397. Friedrich Knülling Bürger und Kammerer zu Straubing eine Messe gestiftet, welche ebenfalls die Herzoge von Baiern verliehen.
- 4.) Auf St. Bartholomäus Altar hat Ulrich Castenmaier eine Messe gestiftet, welche Bürgermeister und innerer Rath zu Straubing verliehen.
- 5.) Auf unser lieben Frauen Altar hat vor 100 Jahren die Beckenkächtl.-Brüderschaft eine Messe gestiftet; wird auch von dieser Bruderschaft verliehen.
- 6.) Auf eben diesem Altar hat auch Hans Sperl Bürger zu Straubing eine Messe gestiftet, welche Bürgermeister und innerer Rath daselbst verliehen.
- 7.) Auf dem Corporis Christi Altar hat 1395. Friedrich Hönnemaier eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verliehen.
- 8.) Auf St. Wolfgangi Altar haben die Schmidel zu Straubing eine Messe gestiftet, welche sie selbst seit 4 Jahren commendeweise verschen liessen.
- 9.) Auf dem Altar exaltationis sanctae crucis haben die Meister des Beckenhandwerks eine Messe gestiftet, welche der Bürgermeister samt den vier geschworenen Becken verliehet.
- 10.) Auf dem Altar der vier Geckründen hat 1386. Paul Kagerer eine Messe gestiftet, welche der Herzog von Baiern verleiht.
- 11.) Auf St. Margarethen Altar haben die Zeller zu Straubing eine Messe gestiftet, welche der Senior der Zeller'schen Familie verleiht.
- 12.) Auf St. Pagli und Dionyaii Altar hat die Priesterbruderschaft eine Messe gestiftet, welche der Bruderschaft-Meister verleiht.
- 13.) In der St. Mathias Kapelle hat 1474. Andreas Lechner Bürger und Kammerer zu Straubing eine ewige Messe und Predicatur gestiftet, die vom Pfarrer und innern Rath verliehen wird. Diese Stiftung wurde 1474. am Freitag nach Kreuzerfindung vom Domkapitel in Augsburg als Lehenherrschaft bestätigt. In eben diesem Jahr war der Augsburgische Domherr Johst Gesler Stadt-

pfarre in Straubing. 14) Auf dem Fron- oder Choraltar hat 1400. Heinrich von Tunnenberg zu Straubing eine Messe gestiftet, die vom Herzoge in Baiern verliehen wird.

II. In St. Veitskirche sind 3 gestiftete Messen:

1) Auf St. Sebastians Altar hat Hanns Pollen eine Messe gestiftet, welche der innere Rath verleiht. 2) Auf unsrer lieben Frauen Altar hat die Priester-Bruderschaft eine Messe gestiftet, welche auch von dieser verliehen wird. 3) Auf eben diesem Altar hat Rudolph Strigl Bürger zu Straubing eine ewige Messe gestiftet, welche Bürgermeister und Rath daselbst verleihen.

III. In unsrer Frauenkapelle sind 4 Messen, die vom innern Rath zu Straubing verliehen werden:

1) Auf St. Leonhards Altar, gestiftet vom Heinrich Rührnshalk. 2) Auf St. Bernhards Altar, gestiftet vom Konrad Aschpeck. 3) Auf St. Wolfgang Altar, gestiftet vom Friedrich Vellner. 4) Auf St. Severins Altar, gestiftet vor Zeiten von den Tuchmachern oder Wollwirkern.

IV. Im innern Spital sind 4 Messen:

1) Der Stifter und Alter sind unbekannt. 2) Auf St. Anna Altar ist eine Messe gestiftet; den Stifter weiss aber Niemand. 3) Auf St. Johannes Altar ist auch eine Messe gestiftet; der Stifter aber ist unbekannt. 4) Auf St. Barbara Altar ist durch Regina Freislin eine Messe gestiftet. Diese 4. Messen werden vom Bürgermeister und Rath verliehen.

V. Im aussern Spital bei dem heiligen Geist sind 2 Messen:

1) Auf St. Johannes Altar, gestiftet 1380. durch Albrecht Haidlfinger, Bürger und Kramer in Straubing; wird von den Herzogen in Baiern verliehen. 2) Auf St. Leonhards Altar, vom Hanns Gwandtschneider gestiftet; Bürgermeister und Rath in Straubing verleihen selbe.

VI. Zu St. Niklas außer der Stadt bei den Sonderslochen:

Ein ehemaler Rath der Stadt Straubing hat alda 1391. eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verleihen.

VII. Zu St. Michael vor der Stadt hat 1375. Michael Haidlfinger eine Messe gestiftet, deren Patron oder Lehenkerr der Herzog von Baiern ist.

VIII. Zu der Krönung beim Platterhaus hat Hanns Risterig Pfarrer zu Rottenberg eine Messe gestiftet; Lehenkerr ist der Herzog von Baiern.

IX. Zu St. Peter, der alten rechten Pfarrkirche außer der Stadt Straubing sind 11 gestiftete Messen:

1) Auf dem Altar simae Trinitatis, und auf dem St. Ruprechts Altar haben die Kaltshmidt eine Messe gestiftet, welche vom Rath und den Vierern derselben Bruderschaft verliehen wird. 2) Im neuen Charner (Gottesacker) auf St. Blasii Altar wurde eine Messe gestiftet, und wird vom Herzoge in Baiern verliehen. 3) Im alten Charner bei St. Peter wurde eine Messe gestiftet, unwissend von wem, welche der Rath verleiht. 4) Auf unser lieben Frauen Altar wurde 1397. eine Messe gestiftet durch den Pfarrgeselpriester in Straubing Hanns Kienspiess, welche der Herzog verleiht. 5) Auf dem Barbara - Altar haben die Schmidel eine Messe gestiftet, welche sie zeither selbst verliehen haben. 6. Auf St. Pauls Altar hat Herr Haans Preisser eine Messe gestiftet, welche der innere Rath zu Straubing verleiht. 7) Auf St. Johannes Altar hat Otto Strigt 1375. eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist. 8) In der Kapelle auf St. Peters Kirchhof hat Herzog Ernst 1436. der Agnes Pernauerin eine ewige Messe gestiftet, die verleihen die Herzoge von Baiern. 9) Auf St. Georgen Altar ist 1369. eine Messe durch Herrn Hannsen von Steinach Ritter gestiftet worden, welche jetzt die Rainerschen Erben verleihen. 10) In der St. Anna Kapelle ist 1375. eine Messe durch Herrn Lautwein Rhainer von Rhain gestiftet worden. Die Familie des Stifters verleiht selber. 11) In der Kapelle aller Heiligen wurde 1348. durch Hanns Gölzen eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist.

X. In unser Frauen Kapelle zu Eberau auf dem St. Johannes - Altar hat Wolfgang Höldampf im Jahre 1400. eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist.

Num. MCCLXIV. 1576. 21. Januarii

Bey der Provincial - Synode zu Salzburg erschien Christoph Bischof von Chiemsee in eigner Person, und die Bischöfe Ernst von Freising, David von Regensburg, Urban von Passau, und Christoph von Brixen sendeten ihre Abgeordneten, und es wurden nachfolgende Artikeln einhellig beschlossen: 1) Weil der Concubinat jeder Zeit, und in vielen Concilien und Synoden, auch publicisten Mandaten bei hohen Strafen verboten worden, der auch besonders bei den Geistlichen nicht zu gedulden ist, so soll derselbe mit allem Eraste und Nachdruck vermög Concilii Tridentini und der Provincial - Statuten durch die Herren Ordinarios bey den Geistlichen abgestellt, und gegen die Verbrecher mit den angeordneten Strafen ver-

fahren werden. Und damit hierin ohne Vertug ein Anfang gemacht werde, so sollen die Herren Ordinarii zwischen hier und Mitterfasten ihre Synodos diocesanae halten, und in einer kurzen benannten Zeitfrist die concubinas und verdächtigen Personen von den Geistlichen entfernen. Der Ungehorsame, der sich mit seiner Concubin in ein anders Bisthum der Salzburger Provinz begeben wollte, soll daselbst nicht aufgenommen, nicht befördert werden. Auch soll durch den Herrn Metropolitan und seine Mitbischöfe an die benachbarten Bischöfe einer andern Provinz geschrieben, und diese ermahnt werden, jene Priester, welche sich aus dieser Provinz mit ihren Concubinen wegbegeben, oder sonst sine litteris testimonialibus bene anteactae vitae daselbst unterzukommen begehrten, mit keinem Beneficio oder Pfarrey zu versehen, um sie durch dieses Mittel wieder zur guten disciplin und ehrbaren Wandel anzuführen. Gegen widerspenstige Concubinen soll auch das brevium saeculare angerufen werden. 2) Da zur Abstellung des Concubinats die Errichtung der Seminarien ein vortreffliches Mittel ist, indem die künftigen pastores von Jugehd auf in guter disciplin unterwiesen werden, und von sich selbst einen Abschen vor dem Laster haben müssen; so sollen diese Seminarien durch die Herren Ordinarien ohne Vertug Inhalt des Concilii von Trient aufgerichtet werden. Weil in dieser Versammlung auch besunden wurde, daß Ihr Päpstliche Heiligkeit das negotium der Concubinen halben ohne Wissen der Herren Ordinarien der weltlichen Obrigkeit — welche der geistlichen Jurisdiction ohnehin je länger je mehr Eingriff thut. — anbefohlen hat, so soll die Päpstliche Heiligkeit durch den Herrn Metropolitan berichtet werden, derlei executiones als den Ordinarien zuständig, künftig den Weltlichen nicht mehr zu übertragen. 3. Was die gravamina betrifft, welche den Herren Ordinariis und dem Clero von Jahr zu Jahr von den weltlichen Fürsten und Potentaten, in deren Territorien jene ihren Chrysam haben, aufgelegt werden, ist beschlossen worden, um deren Abstellung willen eine Werbung auf dem nächsten Reichstag zu veranstalten, wosüd sich die Verordneten gesetzt zu machen und alle Mittel und Weg vorzukehren haben, damit die Ordinarii und der Clerus von solchem Laste mögen entledigt werden. Auch wolle der Herr Metropolitan diese gravamina an den Päpstlichen Stuhl berichten, und die Bitte anfügen, daß Ihr Päpstliche Heiligkeit und das Collegium Cardinaleum der gravaminum halben Einsehung than und Abwendung verschaffen, und künftig ohne habenden Bericht von den Ordinarien keine Indulta und Concessiones contra immunitatem ecclesiam den weltlichen Fürsten ertheilen wollen. Des zur Urkund haben diesen Abschied Herr Metropolitan, Herr Bischof zu Chiemsee, und die Abgeordneten mit eigner Hand unterschrieben, und ihre Siegel aufgedruckt; geschehen in des Herrn Metropolitans Stadt Salzburg am Samstag nach Sebastiani des heiligen Martyris.

welcher gewesen ist der St. Januar, nach Christi untern lieben Herrn und Seinen
machtigen Geburt im 1576. Jahre.

Dalheim Concilia Salisburg. pag. 584.

Num. MCCLXV. 1576. 8. Martii. Ex Originali.

Citatio Cleri dioecesani ad Synodum tertia Aprilis celebrandam.

David Dei et Aplice Sedis gratia Equus Ratispon. Universis et
singulis dnis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Administratoribus,
Commandatoribus, caeterisque Monasteriorum et Ecclesiarum tam
nostrae cathedralis et aliarum collegistarum, quam regularium Prae-
latis, nostrarum Decanis et ViceDecanis ruralibus, seu eorum vicemagis-
tibus salutem in dies. Cum superioribus diebus Rewinus in Xpo pa-
ter et dnu^s dnu^s Iosephus Jacobus Archiep^s Salisburgen. Metropo-
litanus et S. R. E. Legatus natus, datus et amicus noster obsequans
dissimus in dicta congregacione provincialia super certa negotiis
ecclci statutis reformationem, aliasque eisdem instrumentis necessitatibus
et indigentias concernentibus per recessum desuper constitutas ad i-
gnos transmissum certiores nos reddiderit, eoque inter caetera nobis
praescriptum est, ut dioecesanum synodum quamprimum et infra mo-
diem quadragesimam celebraremus, quam euidem cui valde oppor-
tunam et salutarem, ac in praesente rerum ac animatum discrimine
appime accelerandam totis licet affectibus desideravimas. quantocius
instituere, urgentibus tamen de cunctis tantisper hactenus disper-
socti fuimus. Ne igitur ex alteriori ejus dilatione in sollicitudine
pastoris nostrarae curae et officii minus vigilantes aut negligentes con-
prehendamus, idcirco vos omnes et quemlibet vestrum Synodum no-
stram dioecesanam visitare debentum tenore praesentium in duo
hortamus, evocamus, requirimus et impemus, ac nihilominus sub de-
bito obedientiae, aliisque juris, et arbitrii poenitentia districte praesi-
piendo mandamus, quatenus feria tercia post Dominicam Lætare
proxime future, quae erit tercia Aprilis, mape hora primarum in aula
nostra Episcopali Ratisponen. ad dictam Synodum celebrandam sine
morarum dispendio compareatis, omni excusatione illegitima penitus
semota, ad videndum, audiendum, consultandum, concludendum, et
exequendum, quae pre diversis Ecclesiis et communis Cleri hujus
Dioecesis incumbentibus necessitatibus et peritulis visa fuerint expo-
dire. De presentatione vero et inauigatione praesentium Nuntii

mostris in hac parte jurati stabimus relationi. Datum Ratisponae sub
Sigilli Vicariatus nostri appressione die 8. mensis Martii, anno 1576.

Nicolaus Lang, Notar. juratus substitutus Consistorialis s.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXVI. 1576. 2. Aprilis. Ex Impresso originali.

Mandatum ad universum Provinciae Salisburgensis Clericis, ut hic revocetur a consi-
cubinatus ceterisque enormibus vitiis.

Ioannes Jacobus dei gratia Archiepiscopus Ecclesiae Salisburgen-
sis, Sedis Apostolicae Legatus, de venerabilium statuti Coepiscopo-
rum et Suffraganicorum, amicorum nostrorum charissimorum consilio
et assentu universi et singulis Metropolitanae et aliarum Ecclesiarum
Prepositis, Decanis, Capitulis, ac Monasteriorum quorumcumque Ab-
batibus, Praepositis, et aliis tam regularium, quam collegiarum Ec-
clesiarum Praedictis, Decanis etiam curialibus, Parochiis, Rectoribus,
Provvisoribus et Vicariis, ac aliis presbyteris curatis et non curatis
per Dioceses et Civitates nostras, tamquam Provinciam Salisburgen-
sem utiliter constitutis, ad quod hot mandatum pveremur salutem
in Dominis. Etsi a majoribus apostolis omnia ea, quae ad vitam ho-
nestatenerique Clerici pertinent, tam diligenter et exacte sunt pre-
scripta, ut nec plura, nec meliora manent adferri, vel promulgari pos-
sent, et quibus notum est omnibus, et vellet ob oculos possumus quid
cumque in ordine et statu suo sit secundum, vel frigiendum cogni-
mus tamen, subinde ea, quae in sacris Canonibus, Sanctionibus et
Statutis antea tradita sunt, repetere est quasi inculcate. Nam certa
relatione percepimus, immo videmus, et nos sine summo animorum
nostrorum dolore experimur, quoniam plurimos in praescripta cognitaque
bene vivendi ratione et norma deviri; praescripta ex ea visitatione,
quae superioribus annis habita est, quae Dioceses nostras perlustravi-
mus, plura, quam credere potuissent, vita Clericis omnibus annotacunt.
Deprehendimus enim plurimos sacerdotum Canonumq[ue] honestatis de-
bitae oblitos habitum et vestitum decentem non ferre, sed ita ince-
dere, ut a laicis discerni non possint, alios in catponis et tabernis
publicis potare et comedere, quosdam ludis prohibitis deditos, quos-
dam maledicos et blasphemos esse, rixas et pugnas concitare, et alia
perpetrare, quae a personis Ecclesiasticis omnino aliena sint. Perla-

tum etiam est ad nos, plerosque clericos, qui de beneficiis Ecclesiasticis vivunt, magno suo dèdecore, famae et existimationis periculo, maximo aliorum scandalō, denique salutis suae dispendio turpes et infames mulieres, vel concubinas domi alere, et ex iis illegitimas soboles procreare. Cum autem Sacerdotes, et qui se divinae functioni addixerunt, praecipue honestas deceat, ut exemplum vivendi sint aliis; cumque ab Ecclesia sancta catholica institutum, et nuperrime in Concilio Tridentino serio mandatum sit, ut caelibes et casti sint majorium ordinum Clerici, quo se totos ad rea divinas dare possint, hoc malum, quod tantopere clericalem ordinem dehonesta, quod et Deum et homines gravissime offendit, nullo modo ferendum vel tolerandum ducimus. Itaque pastoralis officii nostri debito permoti, auctoritate a Deo nobis concessa, et hac publica constitutione mandamus et severe praecipimus, ut quotquot in Provincia et Dioecesis nostris sunt Clerici, cuiuscunque religionis, status, conditionis, dignitatis, gradus vel praeeminentiae fuerint, ut ad sacros Canones, se revocent, statuta provincialia observent, reformationibus superioribus annis habitis se accommodent, a praedictis vitiis, aliquaque excessibus abstineant, tabernas, publica convivia, ebrietatem, ludos prohibitos, maledicentiam, blasphemiam, rixas, et percussiones devitent, in omni vita et conversatione tales se gerant, quales esse decet viros Deo consecratos. Sed si qui mulieres de incontinentia suspectas, et infamatas concubinas habent, districte praecipimus, ut eas juxta statuta nostra provincialia, et dioecesanae nostrae Synodi proxime celebratae conclusionem plane amoveant, nec unquam vel illas amotas recipiant, vel alias superinducant. Quod si aliqui pertinaces, et intractabiles fuerint, qui corrigi noluerint, et mandato huic nostro parere neglexerint, ii praeter divinam ultionem merito, formidandam etiam debita animadversione, et dignis poenis a nobis afficientur. Per censuras enim Ecclesiasticas contra eos, justitia mediante, procedi curabimus, ut primum ab officio suspendantur, deinde omnibus fructibus, ipsisque beneficiis priventur, et ex provincia et Dioecesis nostris relegentur, uti haec latius in Tridentino Oecumenico Concilio, et novissimis nostris provincialibus statutis continentur. Si vero concubinae ipsae admonitionibus et mandatis nostris non paruerint, tunc contra ipsas concubinas civilem magistratum, et brachium saeculare requiremus, qui suam nobis operam non denegabunt. Ne igitur quis ignorantiae praetextu se tueri vel excusare possit, publico hoc Mandato significare, et omnibus notum esse volumus. Datum et actum in civitate nostra Salisburgen. die Lunae

post Dominicas Lactare, quae fuit secunda dies mensis Aprilis, Anno reparatae humanae salutis MDLXXVI.

*Ad Mandatum Revni Dni nri Epi Ratispon. proprium, Georgius Marperger
dicti Revni Notarius. sc.*

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXVII. 1576. 6. April. Ex Impresso originali.
Clero dioecesano communicantur Constitutiones provincialis Synodi Salisburgensis
anno 1569. celebratae.

David Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopus Ratisponensis. Universis et singulis Dominis Praepositis, Decanis, Capitulis, Abbatibus, aliisque Praclatis, Canonicis, Archidiaconis, Decanis ruralibus, Plebanis, Vicariis, Beneficiatis, Provisoribus, divinorum Cooperatoribus, quorumcunque Ordinum Religiosis, caeterisque Presbyteris et Clericis curatis et non curatis per Civitatem et Dioecesin nostram Ratisponensem ubilibet constitutis, ad quos praesentium litterarum notitia pervenerit, salutem in Domino. Cum inter caeteras Synodi nostrae dioecesanae tractationes ecclesiasticae disciplinae statum et honestatem concerentes primario, ut par erat, loco Revni Principis ac Dni Joannis Jacobi Archiepi Salisburgensis S. R. Sedis Legati, Domini nostri Metropolitani gratiosissimi laudabiles Constitutiones summa diligentia et labore confectas et promulgatas, necnon a totius Provinciae Suffraganeis pariterque eorum Subditis jam priuilegia expeditas, adprobatas et receptas, ac postremo quidem a sanctissimo Domino nostro, Domino Gregorio Papa XIII. denuo recognitas et confirmatas^{*)} vobis quoque publicandas atque observandas proposuerimus, nihil aequum optatum acceptumque nobis fuit, quam quod easdem ea, qua decet animi promptitudine, tam alacriter, obtemperanter et unanimiter suscepseritis. Verumtamen cum non tam Saeculi hujus indies deterioris corruptissima perturbatione, quam pertinaci quorundam atque inveterata delinquendi fibidine plerumque eveniat, ut (semper annitente in id humani generis hoste)

^{*)} Constitutiones et Decreta provincialis Synodi Salisburgensis anno 1569 celebratas impressa sunt Dillingae typis Sebaldi Mayer 4. 1574, postea Salisburgi 4. 1692 habentur etiam apud Dalham l. c. p. 348 — 583.

ab optima quaeunque et salubertime prescripta bene beatique vendi ratione ceu a recto salutis tramite vel leviter exorbitantes in transversum agantur: itaque eo et vigilantius et frequentius pro injuncti pastoralis Officii munere in eam curam et sollicitudinem. incumbendum nobis esse duximus, quemadmodum ejusmodi aberrantium atque irresipiscentium mores adeo depravatos omniue correctione dignos ad meliorem frugem et emendationem aliquando possimus reducere, quo magis constat, apud eos tot jam pontificalia, ne dum provincialia aut synodalia reformationis Decreta non solum dignitatis suae locum non tueri, sed etiam abiecta omni fidelitatis et obedientiae sacerdotalis reverentia, imo et honore et timore Dei penitus excuso flocci fieri atque eludi. Ne igitur tot sanctorum Patrum, Conciliorum generalium et Majororum nostrorum fideles Admonitiones toties jam praemissae et repetitae semper in ventum abeant, aut idem labor in extriturandis, quod ajunt, inanibus culmorum manipulis, qui in dealbandis Aethiopibus nobis quoque frustra suscipiatur, idcirco non tam ex debita vilificationis ratione super gregio sanguinis sui requisitione credito, quam gravissima sanctae Sedis Apostolicae auctoritate nobis in hac parte specialiter concessa permoti licentiosam hanc et effrenatam Ecclesiasticorum vitam nullo modo tolerandam esse amplius censentes, universos et singulos Dioecesis nostrae clericos, cujuscunque religionis, status, conditionis seu praeminentiae fuerint, tenore praesentiū mōnemus, requiriūs et severe praecipiendo eis mandamus, ut in posterum se praedictis Constitutionibus provincialibus, prout unumquemque respiciunt, hoc militer conforment, atque inconcussam et irrefragabilem ipsarum observantiam quantocius revocent et componant, ipso in omni conventione tales se praestent, quales revera esse non tantum nominari convenit viros Deo et sanctae matri Ecclesiae consecratos. Insuper etiam districte inhibemus omnibus et singulis, qui se tabernis aliisque notoriis flagitiis et impuritatibus, praesertim immundis concubinarum sordibus cum summo scando et turpitudine clericalis Ordinis, publicaque fidelium omnium offensione addixerunt, ut eas et quascunque alias mulieres de incontinentia suspectas et infamatas intra tres septimanas post publicationem hujus Mandati immediate sequentes, (quem terminum illis pro peremptorio assignamus,) prorsus a se effectualiter removeant, nec unquam postea vel illas amotas recipiant, vel alibi palam sive clam soveant, aut novas denique superinducant sub poenis a jure statutis et in praefatis Constitutionibus expresse contentis, pro qualitate excessuum contumacibus et intra-

tabiliter inservit, diligenter. Ut autem Mandatum hoc nos
trum legitimae executioni demandatur, injungimus praememoratis
vobis Decanis et Praelatis, quatenus praesentes litteras confratribus
vestris in eorum Congregatione quam primum facienda diligenter ac
sine mora insinuetis, intimetis et publicetis, alioquin et ipsi meritam
animadversionem non effugitur. Datum Ratisponae sub Sigillo Vi-
caratus nostri die 6. Aprilis, anno Domini 1576.

Ad mandatum supradicti Revmi Dni nostri Epi Ratisponensis proprium;

Nicolaus Lang Notarius s.

Cum Sigillo impresso.

Nr. MCLXVIII. 1576. 19. Decembris. Ex Originali.

Indictio Synodi diceccatae die 8 Januarii 1577. celebranda.

Von Gottes Gnaden wir David Bischofe zu Regenspurg, ein
bieten allen und jeden unsern Praelaten, Abtissinen, Priorinnen,
Probsten, Comenthurn und derselben Verwaltern unsers Stifts und
Bistums Jurisdiction zugehörig, und mit diesem offen Bevech und
Mandat durch gegenwärtigen unsern Pothen ersucht, unsern gün-
stigen Gruls. Würdige, in Gott Andachtige, liebe Getreue! Es
tragen sich dermassen Sachen und Obliegen unsers Stifts zu, das wir
bewegt und verurthat werden, gemaine unser Gerstlichkeit unsers
Bistums zu eriodern, und zu beschreiben, iner unser Gemüth und
gnedig Gedackhen zu entdecken, und Handlung zu pflegen; hier-
auf so beschaiden und erfodern wir euch gnediglich mit ernst be-
gerend. Ir wollet auf Erctag Erhardi Abent den achten schurst
künftigen Monats Januarii des eingeenden 37 Jars, gewislich allhic
bei uns erscheinen, und am Mittwoch nechst darnach, fruer Tags-
zeit ermelter Handlung neben andern gewarten, und mit nichts
ausser bleiben. Wo euch aber hierinnen Leibs- und ehehaft Noth
verhindert, sollet Ir einem andern euers gleichen und standes eure
vollkommen Gewalt zustellen, und euch in dem geborsamblich erzal-
gen, als wir uns dann solches ungezweifelt verschen, und gegen euch
mit Gnaden erkennen. Es soll sich auch ein jeglicher, dem solch
unser Bevech von geweltem unserm Pothen ausgelegt und fürge-
bracht wird, mit aigner Hand unter dies unser offen Mandat un-
derschreiben. Actum Regenspurg unter unserm hiefür gedruckten
Secret, den 19. Decembris, anno 1576.

Cum Sigillo Epi. impresso.

Num. MCCXIX. 1517. 14. Junii Ex Expresso:

Clero Provincie Salisburgensis commendatur Manualis Parochorum. *)

Joannes Jacobus Dcl gratia Archiepiscopus Ecclesiae Salisburg. ac sanctae Sedis Apostolicae Legatus, universo Clero populoque Provinciae sue salutem in Domino. Vocati divisa clementia ad hanc pastoralem curam Provinciae Salisburgensis, ut muneri nostro, quo indigni fungimur, satisfacremus, quantum in nobis est, operae pretium facturi visi sumus, de Coepiscoporum nostrorum quoque consilio ac voluntate, si Agendarium (Rituale) conficiendum curaremus, quod commune toti Provinciae esset, et in quo decreta ad Sacramentorum administrationem pertinentia insererentur, quae Synodus provincialis habita anno 1509. statuisset. Hoc datus P. Feliciano nostro mandare placuit, cuius certe industria ac labore brevi effectum est, quod cupiebamus. At vero cum in publicanda Synodo Patribus convocatis anno 1573. is libellus rerum agendarum oblitum esset, visum est, ut unacum Constitutionibus synodalibus, quae ejus mentionem multam facerent, et promulgaretur et in lucem edetur, atque, cum res ita postularet, in duas partes dividit cutavimus, quarum una pro Dioecesi nostra contineret peculiares caeremonias, quibus in administratione Sacramentorum uti solemus; altera amplectetur ea, quae generalia sunt. Eam vero partem, quae peculiares caeremonias nostras complectitur, sub nomine Agendaris pro nostra Dioecesi jam in lucem emisimus, annoque superiori ad finem mensis Martii in publica Synodo dioecesana exemplaria impressa Parochis, aliisque animarum curam habentibus distribui curavimus, et, quae iis continentur, serio observari imperavimus. Quae communia esse debent, sub titulo Manualis Parochorum pro tota Provincia nunc in publicum damus, inter quae, cum in Sacramento poenitentiae, doctrina de censuris et irregularitate prolixior tradiceretur, propter hujus temporis necessitatem et Confessoriorum, Officialium seu

*) Auctor hujus Libri est P. Felicianus Niaguarda: prodit Ingolstadii ex officina typographica Davidi Bartorii anno 1581. 4. sub hoc titulo: Manualis Parochorum, et eorum curam animarum habentium, complectens omnium Sacramentorum rationem, naturam et administrationem, cum Instructione praesentibus temporibus conveniente, ac pleraque alia christianis hominibus necessaria, ex sacris Canonicis deprompta, et ad Concilli Tridentini decreta diligenter accommodata, pro Provincia Salisburgensi.

Vicariorum generalium, atque aliorum iudicia ecclesie exercentium
commoditatem opportunitatemque seorsim emitte sub Enchiridio
titulo mandavimus, quod itidem factum est; atque id ipsum eo con-
silio, ne Parochi aliqui curam animarum habentes voluminis magni-
tudine, ac varietate in administratione Sacramentorum implicarentur,
ac tantum onus eorum gestare gravarentur, si justum opus excede-
ret: in quo etiam Confessariis, Officialibus, seu Vicariis generalibus,
ac reliquis omnibus iudicia ecclesie exercentibus consultum voluimus,
qui dum in minori libello collecta separatim habebunt, quae pro
ipsis faciunt, facilius commodiusque partes suas agere poterunt. Prae-
cipimus itaque omnibus et singulis Provinciae nostrae Parochis ac
Sacerdotibus, praesertim curam animarum habentibus sub poena in-
dignationis nostrae, et Ordinario sum, et aliis poenis nobis pro arbit-
rio reservatis, ut in administrandis Sacramentis ac caeteris ecclesiis
muneribus obeyndis se ad legem et normam hujus libri conforment,
nihilque faciant, quod non sit huic instructioni consentaneum. Si
militer injungimus non solum Confessariis, verum etiam Officialibus,
seu Vicariis generalibus, aliquique iudicia ecclesie exercentibus, eorum
conscientias super hoc aggravantes, ut diligenter et accurate ea om-
nia elevant, quae in Enchiridio continentur, ne quid in absiden-
tia poenitentibus, aut in Sententiis ferendis ac dijudicandis causis
contra sequitatem, et praeter decus admittant. Quod si commode
facileque praestare velint, quae utrobique docentur, ea studiose per-
legant necesse est, ad quod eos in Dominohortamur; nam officio
accommodator lectio, et animarum saluti curandae utilior haud reperi-
riri potest; qua una in re omnes nostrae cogitationes, curae actiones
que venari et semper fixae esse debent, ut Deus optimus maxi-
mus tandem nos cum multa alia inter aeternae vitae gaudia felices
ac beatos recipiat. Datum in nostra Civitate Salzburgensi die
14 Junii anno a Christo nato 1577.

Num. MCCLXX. 1578. 3. Maii Ex Originali.

Tuus Gregorii XIII. credentes pte Nuntio sua Feliciano Epse Scalensi ad Capi-
talem cathedralē Rustibonense.

Gregorius PP. XIII.

Dilecti filii! salutem et apostolicam benedictionem. Reddet ve-
bis has litteras venerabilis frater Felicianus Epus Scalensis Nuntius

Noster, quem in Germaniam cum litteris et mandatis mittimus. Omenem ei fidem tribuetis super iis rebus, de quibus vobiscum aget nostro nomine, inque iis exequendis versabitini ea cura et diligentia, quam pollicetur vestra pietas, et munus, vestrae Ecclesiae dignitati, catholicae religionis amplitudini, animarumque saluti inseruendi. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anno piscatoris, die III Maii, 1578. Pontificatus nostri anno sexto.

Ant. Buccapagdilius.

Num. MCCLXXI. 1579. 22. Junii. Ex Originali,

Instrumentum electionis seu postulationis Philippi Comitis Palatini Rheni, ac viri
que Bavariae Dux in Epum et Administratorem Ecclesie Ratispon.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Natum sit omnibus et singulis hoc publicum instrumentum incepitur aut electuria, quod cum anno hoc currederet 1579. Indictione VII. Pontificatus fami domini nostri Gregorii XII. anno octavo, die lunae 22. mensis Junii Revibus in Christo patre datus, dominus David Epus Ecclesiae Ratispon. Antistes noster, pientissimae memorie, ab hac mortalitate ad aeterna gaudia, quod speramus et optamus, evanescere caset, post ecclesiam sepulturam, et ipsa alia peracta nos. Canonici eiusdem cathedralis Ecclesiae Ratisponi qui tunc presentes aderamus, et Capitulum reprobaveramus et constituebamus, animo reverentes, in quibus periculis praedicta Ecclesia Ratispon. Pastore legitime destituta et haereticorum insidiis undequaque exposita hic difficultiss temporibus versaretur, consultissimum fore iudicavimus, ut eisdem primo quoque tempore, roentis more solito caeteris quoque confratribus absentibus, per legitimam electionem aut postulationem, prospiceretur. Designavimus itaque futurae electioni seu postulationi diem Martis 14. mensis Julii anno, indictione, pontificatu, quibus supra, qua cum omnes in aula Episcopali et hypocausto pro loco capitulari assignato convenissemus, et Decanus noster dominus Thomas Groghomangus Eckius ex consuetudine recepta sua et omnium nostrorum vice et mandato declarasset, residentes simul et absentes Canonicos capitulares omnes, quibus Suffragii jus in hoc actu competenter, legitimate vocatos et citatos in sufficienti numero ad eundem actum celebrandum adesse, nos viduatae et supra medium afflictae Ecclesiae providere valentes, nihil aliud, quam gloriam Dei, Ecclesiae

catholice inclemenciam, haereticum, quae proli dolor! hoc in loco
 latissime grassantur et invaluerunt vehementissime, extirpationem, et
 multarum animarum salutem prae oculis habentes, invocata Spiritus
 sancti gratia post multam; maturam, diuturnamque deliberationem
 tandem illustrissimum Principem ac Dominum, Dominum Philippum
 Comitem palatinum Rheni, utriusque Bavariae Ducem in An-
 tistitem et Administratorem suscepimus Ecclesiae nostre po-
 stulandum constituimus, et unanimiter annuente fisco Domine nostro
 postulavimus et postulamus. Verum cum videremus aliquid tempo-
 ris, dum negotium ad Sanctitatem suam, ad quam dispensatio et ap-
 probatio spectare dinoscitur, referretur, clapsuram, et considerare-
 mus, quod haereticorum machinationibus et insultibus Ecclesia ip-
 edusque bona obnoxia essent, et metueremus ne hi ut pugna vicini in
 haec omni patrocinio orbata, si publicatio hujus nostrae voluntatis
 diutius differretur, invaderent, hoc nostrum propositum hodierna die
 lunae, videlicet tertia mensis Augusti vocatis iis, qui de jure vocari
 constoverunt; more solito in Sacristia ejusdem Ecclesiae, praesenti-
 bus in Christo dilectis ac venerabilibus dnis ambrolio Mayrhofer ad
 sanctum Enthronatum, Nicum Wincetum ecclesie Theologum Profes-
 sorem ad sanctum Jacobum Scotum Ordinis sancti Benedicti Abbatibus,
 et Casparo Resch sancti Magni in oppido Bavariae, citad camboi,
 vulgariter nomenupato, nesciam duobus Notariis et constitutis infra scriptis
 ad hoc specialiter vocatis et rogatis in haereticorum terrorē, ad con-
 solationem et securitatem nostram et Catholicorum canonicum inten-
 sum et insinuavimus, et per dictum Decanum nostrum praefatum scripto,
 ut sequitur, in nomine Dei promulgavimus. Cum Ecclesia Rati-
 pon. per obitum sociolandae memorie Bevni in Christo petris, et
 dni, dni Davidis ultimi et immediati ejusdem Ecclesiae Episcopacarere et
 Pastore carceret, Domini Capitulares dictae Ecclesiae, vocatis prima at-
 que citatis absensibus Capitularibus suis, iis numerum, qui vocandi et
 citandi fuerant, aut alias sua interesse putantibus, die 14 proxime
 elapsi mensis Julii in aula Episcopali capitariter congregati, de pre-
 ficiendo novo Ecclesiæ praedictæ Antistite tractabuti, eo vario mun-
 di casus ejusdemque Ecclesiae defectus anxi perpendentes, divina
 tandem aspirante gratia motu proprio, prematuero et certo consilio
 unanimique consensu illustrissimum Principem ac dnum, dnum Philippum
 Comitem Palatinum Rheni et utriusque Bavariae Ducem in
 Administratorem nominatae Ecclesiae legitime postulare deoreverunt,
 prout eundem, approbante tamen fisco Domine nostro, ex praesenti
 iterum atque iterum libere et unanimiter postulamus. Ego itaque

Thomas Grosthmannus Eckius J. U. Doctor, praefatus Ecclesiae Decanus ex speciali mihi demandata potestate de voluntate et consensu supradictorum dnotum Capitularium, confratrum meorum collendorum invocata Spiritus sancti gratia in presentia revend. dominationum vestrarum voluntatem et propositum nostrum de postulatione ejusdem Principis Philippi hoc in loco pronuntio, idque in nomine domine et individuae Trinitatis, Patris et filii et Spiritus sancti amen. Deinde canticum laetitiae Te Deum laudamus etc sub campanarum pulsu cantari atque in signum voluntatis nostrae venerabilem et nobilem dnum Adamum Vetter de Lilio Eystettensis ac dictae Ratispon. Ecclesiarum Canonicum capitularem, Consilium illustrissimorum Bojariae Principum per praefatos dnos Decanum et Seniorem juxta Sedem Episcopalem, prout moris est, colloqui curavimus, et interim propositum nostrum per concessionarem cathedralis Ecclesiae in suggesto (salva semper in omnibus Sedis apostolae approbando et confirmando auctoritate) declaravimus et hoc pacto declaramus, ut pendente Confirmatione spiritualia juxta Tridentini Concilii statuta per Capitulum et personas ipsius consensu ordinandas, temporalia vero per praedictum dnum Adamum Vetter Bajoarie Principum (quibus tanquam advocatis et patronis eadem ad fideles manus interea committimus,) consiliarium, ut vicegerentem seu oeconomum et adjunctos fideliter administrantur. Super quibus omnibus et singulis praemissis Notarios infra scriptos requisivimus, ut unum vel plura, publicum seu publica, ac quotquot forent necessaria, instrumentum seu instrumenta conficerent. Caeterum ad perpetuam rei memoriam conservandam, ut omnia et singulis quam evidentissime innotesceret, totum illud negotium sancte, pie et canonice administratum, nosque Capitulares in postulatione hoc modo, quo praescribitur, facta omnes concordes et unanimis esse, praesentii Decreto postulationis hujus propriis manibus subscriptimus, nostri quoque Sigilli appensione, et subscriptione Notariorum rogatorum juxta Statuta canonica in omnium et singularum praemissorum fidem reborari curavimus. Acta sunt haec omnia in locis supra notatis, praesentibus Notariis publicis et testibus infra scriptis anno, inductione, Pontificatu et diebus supra distincte expressis, praesentibus ibidem venerabilibus dnis Andrea Amman B. V. M. veteris Capellae, et Vito Aichelperger sancti Joannis Ecclesiarum collegiarum decanis testibus ad praemissa vocatis, regatis et specialiter requisitis.

- Ego Vicker Augustus Pagger praepositus et Canonicus capitularis s.
Ego Christoph. a Frenkofen Can. et Senior s.
Ego Philippus a Pálzberg Can. Capitularis s.
Ego Johannes a Schwendi Can. capitularis s.
Ego Udalricus a Raidenbach Can. capitularis s.
Ego Wächardus a Erquasberg Can. capitularis s.
Ego Achatus Notthast Can. capitularis s.
Duo Signa Notariorum. Ego Georgius Marpérger cléricus Ratispon. sacre imperiali auctoritate publicus Notarius, ac officii Vicariatus scriba juratus s. Ego Casparus Fochlin Augustanae Diocesis, imperiali auctoritate publicus Notarius s.
- Ego Thomas Grothomanus Eckies J. U. D. Decanus et Can. s.
Ego Johannes de Parsperg Can. capitulo-
laris s.
Ego Joan. Georg. Sintzenhofer Can. capitulo-
laris s.
Ego Achatius Notthast Can. capitula-
ris s.
Ego Adamus Vetter von der Gilgen Can. capitularis s.
Ego Joan. Georgius Singlheimer Can. capitularis s.
Ego Joan. Christoph. a Seyboldstorf Can. capitularis s.
- Sigillum Capituli cathedralis integrum adponet,

Num. MCCLXXII. 1580. 1. Jun. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae ad diem 6. mensis Julii.

Felicianus Dei et Apostolicae Sedis gratia Epus Scaleni ad partes Germaniae superioris ac fisci Dni nostri Dni Gregorii divina prouidentia Papae XIII. dictaque Sedis Nuptius cum potestate Legati de latere, univerais et singulis nobis in Christo dilectis Abbatibus, Praepositis, Decanis, Capitulis, Administratoribus, Commendatoribus, Magistris, Prioribus caeterisque Ecclesiarum tam cathedralie et aliarum Collegiarum, quam regularium Praelatis, necnon Archidiaconis, Decanis et Vice-decanis ruralibus per Civitatem et Dioecesin Ratisponensem existentibus salutem in Dno sempiternam. Ssumus Dnus noster nobis in mandatis dedit, ut Ecclesias ac Dioeceses, quae in Legationis nostrae districtu complexae sunt, speciatim hanc Ratisponensem diligenter visitare, et peracta Visitatione, quae emendanda, corrigenda ac reformanda easent, necessariis et opportunis

mediis proponere, sancire et ad effectum adducere studeremus, cum extra omnem controversiam sit, eam Ecclesiam non posse diu contineat, quae per Visitationis remedia in officio non contineatur, cuius rei exempla etiam nostra memoria non pauca habuimus. Hinc est, quod cum Clericis ferme universum hujus Civitatis Ratisponensis, ac praeterea non nulla loca ejusdem Dioecesis jam visitaverimus, nec reliquas partes Dioecesis nobismet alio abstractis avocatisque obire ac perigrare sit commodum, Episcopatus necessitates pro temporis occasione et rerum exigentia satis compertas habentes Synodum dioecesanam pro officii nobis commissi ac demandati ratione convocandam duximus, in qua non solum de capessenda reformatione et statu ecclesiastico secundum sacri Concilii Tridentini Decreta et Synodi provincialis Salisburgenis Constitutiones, ut acquirim et necessarium est, in melius mutando agatur et decernatur, verum et certi Visitatores deputentur, qui hanc totam Dioecesin visitent nomine nostro, et quae ad sanam Ecclesiasticæ disciplinae multis fidibus per hujus temporis errores et abusus labefactatae restitutioem decreta et praescripta erunt, debitam executioni mandent, quantum Dei auxilio, et studio ac diligentia consequi poterint. Quare suorum Apostolicā nobis commissā, et qua in hac parte fungimur, nomine præsentinar vobis omnibus et singulis præfatis, quos de jure aut consuetudine Synodo dioecesane hujus Ecclesiae Ratisponensis interesse oportet, in virtute sanctae obedientiae et sub poenis arbitrio nostror decernendis districte mandamus, ut feria quarta post festum Visitationis B. V. Mariae, quae erit dies 6. mensis Iulii proxime futuri, mane hora Primarum in hac aula Episcopali Ratisponensi ad dictam Synodum celebrandam personaliter et legitime compareatis ad audienda et exequenda, quae pro hujus universae Dioecesis reformatione et conservatione Sancti Dni nostri Ihesu in medium proponentur. In quorum fidem his Sigillo nostro, quo in talibus utimur, munitis propria manu subscriptihs. Datae ex aula Episcopali Ratisponensi anno Domini 1580. Kalend. Junii, Pontificatus ejusdem fami Dni Papae Gregorii XIII. anno nono.

Fr. Felicianus Epus Scalan. Nunt. Apos.

Cum Sigillo impresso.

Nam. MCCLXXXIII. 1580. 13. Junii. Ex Originali.

Gregorii Pape XIII. Confirmatio electionis seu postulationis Philippi, Guilielmi
Ducis Bavariae Nati in Epum Ratisbonensem.

Gregorius PP. XIII.

Dilecte fili! salutem et aplcam benedictionem. Cum, sicut accepimus, nuper dilecti filii Decanus et Capitulum Ecclesiae Ratisbon. tunc per obitum bonae memoriae Davidis Epi Ratisbon. extra Romanam Curiam Pastoris solatio destitutae te, qui aetatis tuae quintum duotaxat annum agis, in Epum Ratisbon. postulaverint, Nos ob insignia genitoris tui catholici atque pii Principis merita, pristinamque in nos Sedemque apostolam familiae vestrae observantiam et devotionem, ac praeclara, quae in te apparent, virtutum indicia, et ad religionem et pietatem animi propensionem, ex quibus concipiatur aetate sibi suffragante religiosissimum atque ornatissimum vi-
rum easq; evasurum, postulationem hinc admittentes, illam apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus atque adprobamus, te-
que, cum primum ad aetatem legitimam perveneris, et non ante, eidem Ecclesiae in Epum et Pastorem praeficimus, interea tamen te ab administratione spiritualium et temporalium ejusdem Ecclesiae abstinere volentes eam, ne dicta Ecclesia aliquibus incommodis vel detrimentis afficiatur, per viros idoneos ad id ad nostrum et Sedis apostolae beneplacitum deputandos regi et gubernari mandabimus, de-
sirantes irritum et inane, quiequid secus super eis a quoquam qua-
vis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non ob-
stantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus apostolis, ac dic-
tac Ecclesiae juramento, Confirmatioque apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis
et litteris apostolica in contrarium quomodolibet concessis, adprobatis et
innovatis, quibus omnibus eorum tenores praesentibus pro expressis
habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duotaxat
specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque;
te autem etiam atque etiam in Domino hortamur, ut sacrarum
rerum cognitione christianiisque moribus et pietatis imbu: omni stu-
dio cures, quo ad generis tui splendorem, quo ex apprime praedi-
tus, te in Ecclesia Dei Antistitem praestes, ac in nostro et ejusdem
Sedis conspectu virtutibus clarus, ejusdemque Sedis gratia et li-
beralitate merito sis complectendus. Datum Romae apud sanctum
Petrum sub annulo piseatori die XIII. Junii 1580. Pontificatus nos-
tri anno nono.

Num. MCCLXXIV. 1580. 17. Oct. Ex: Impresso originali.

Generale ad omnes Decanatus, die Verkündung des Tridentiner Dekrets gegen die heimlichen Ehen betreffend.

Wir Johannes Baptista Bischof zu Almira, der heiligen Schrift Doctor, Suffragan, in geistlichen Sachen Vicarius und Officialis, auch andere geistliche Räthe des Hochstifts Regensburg entbietet allen Pfarrern und Predigern, auch derselben Amtsverwaltern in der Stadt und dem Bisthum Regensburg unsren gütigen Grües, und thun ihnen zuwissen. Nachdem die heilige christlich katholische Kirche die vielfältigen, irrgen, ärgerlichen und sehr gefährlichen Zwietrachten und Handlungen, so aus den heimlichen Ehen und Winkelheurathen gemainlich entstanden, mit höchster Beschwörung ostermalls wohl gespürt; derwegen auch durch vielerlei Vermahnungen und Strafen dieselben auszureten und abzutellen niemalh Mittel und Weg gesucht, hat sie endlich aus Einigung des heiligen Geistes gemeldte heimliche Ehen und Winkelheurathen, ganz und gar zu vertilgen und zu verhütten auf die besten Mittel gedacht, und also im jüngst gehaltenen Concilio zu Trient in der 24. Session, so den 11. Monathstag Novembri anno 1563. gehaktet worden, von Reformation und Besserung des heiligen Ehestandes nachvolgendes Decret und Mandat, — um es allen Christgläubigen zu verkünden, — beschlossen, welches von Wort zu Wort so teutsch, also lautet: „Es ist gleichwohl ohne allen Zweifel gewiss und wahr, dass die heimlichen Ehen und Winkelheurathen, so die Ehepersonen aus freiem Willen miteinander getroffen, — so lange sie von der heiligen christlichen Kirche mit verbotten werden, — rechte und wahre Ehepflicht sein und vorlieben, und derwegen diejenigen billig verdamt sein, wie sie auch vom heiligen Concilio verdamt werden, die solche heimliche Ehe für rechte und wahre Ehepflicht nit erkennen wollen, die auch fälschlich fürgeben, dass die Ehe, so die Kinder ohne ihrer Eltern Bewilligung versprechen, nichts gelte, und von den Eltern erst geschlossen oder gar abgethan werden könne. Nichts destoweniger hat die heilige Kirche Gottes dieselben Ehen aus billigen Ursachen jeder Zeit schädlich geachtet und verbotten. Weilen aber die Väter dieses heiligen Concilii spürren und merken, dass dieses Verbott aus Ungehorsam verachtet wird und wenig hilft, hergegen aber allerlai Sünd und Laster, besonderlich aber da mancher sein ersten Gemahl, mit dem er sich heimlich verpflichtet hat, verlasset und mit einem andern

offenlich Hochzeit hält, und also in einem statten Ehebruch und Stand der ewigen Verdammnis bleibt, und dergleichen mehr, so hieraus entspringen, sich täglich häuffen und mehren: auch die Kirche, so von heillichen Dingen mit urtheilt, diesem Uebel ohne ein sondes kräftiges Mittel nit begegnen kann, derowegen hat sie dem vorlängst im heiligen Lateranensischen Concilio unter Pabst Innocentius III. beschlossnen Bevelch nachkommen: und selben wiederholten wollen, gebut und beflicht also ernstlich, daß hinfüran, ehe die Ehe getroffen werde, die Ehepersonen von ihrem eignen Pfarrer die drei nächst aufeinander folgenden Feiertage in der Kirche unter dem Ambt der Mefs öffentlich verkündet, und wenn alsdann kein rechtmässiges Verhindernuß vorhanden, in der Kirche die ehelichen Hochzeiten gehalten werden, da der Pfarrer, nachdem er beide Ehepersonen gefragt und ihre Bewilligung zu beiden Thalken verstanden, mit den Worten „Ich verbinde euch zur heiligen Ehe im Namen des Vaters, des Sohns und des heiligen Geistes,“ oder mit andera dergleichen Worten, wie es bräuchig, sein Ambt verrichten sol. Im Fall aber ein glaubwürdiger Argwohn vorfiel, daß die Ehe, wan man selbe so oft zuvor verkündet, arglistig und böslich möchte verhindert werden, alsdann mag man entweder die Heurat nur einmal verkünden, oder es mögen die Ehepersonen in Gegenwart und Beisein aufs wenigst des Pfarrers, und zweier oder dreier Zeugen ihr Ehegelüb'd versprechen und schliessen, die Verkündung aber sol hernach, ehe sie zusammenkommen, in der Kirche verricht werden; damit die Hindernüss, so vielleicht vorhanden, können geoffenbart werden, es sehe dann den Ordinarium für gut an, daß man die Verkündung gar unterlassen möcht, dem es das heilige Concilium zu seinem Verstand und Guttümcken heimstellt. Welche Ehepersonen sich aber anders, als in Gegenwart und Beisein ihres Pfarrers, oder mit des Pfarrers oder seines Ordinarii Erlaubnuse eines andern Priesters, und zwaier oder dreier Zeugen die Ehegelüb'd zu treffen und zu schliessen unterstehen werden, dieselben macht das heilige Concilium dergestalt sich mit einander zu verheurathen ganz und gar untauglich und untüchtig, erkennet auch dergleichen Contracte oder Handlungen für unkräftig, wie es dann dieselben in dieses Decret und Gebott gänzlich abthut und vernichtet; beflicht auch über das, das ein Pfarrer oder anderer Priester, so mit weniger Anzahl der Zeugen, oder die Zeugen, so ohne den Pfarrer oder andern Priester dergleichen Handlungen beiwohnen, auch die Personen selbst, so sich also zuverheurathen

unterstehen dürfen, nach Gefallen des Ordinarie ernstlich gestraft werden. Ferner ermahnet diels heilige Concilium die Christgläubigen, dass die Ehepersonen, ehe sie den Segen vom Priester in den Kirchen empfangen, in einem Haus mit beieinander wohnen. Es verordnet auch und beflicht, dass die Heurathen und Hochzeiten jeder Zeit vom eignen Pfarrer eingesegnet werden; auch ein anderer Priester von Niemand, als vom Pfarrer selbst oder vom Ordinario Erlaubnus, eine Hochzeit einzusegnen, nehmen und haben könne, unangeschen einer Freiheit oder Gewohnheit auch von unfürdenlichen Jahren, die vielmehr für einen Missbrauch gehalten werden soll. Wofern sich aber ein Pfarrer, oder ander Regulär- oder Secularpriester, obschon er eine Freiheit oder unfürdenliche Gewohnheit fürgiebt, sich eines andern Pfarrkind zur Ehe zuverpflichtet oder einzusegnen unterstehen würde, soll ihm den Rechten nach aller seiner geistlichen Aemabter Verrichtung solang verbotten sein, bis er vom Ordinario des Pfarrers, der diese Ehe hätte zusammengeben oder einsegnen sollen, absolvirt wird. Es sol auch ein jeder Pfarrer ein eigen Buch haben, darein er der Ehepersonen und der Zeugen Namen, auch den Tag und das Ort, da die Ehepersonen zusammengeben werden, verzeichnen und dasselbe fleissig bei Handen halten. Letztlich ermahnt das heilige Concilium die Ehepersonen, dass sie, ehe sie sich ehelich verpflichten, oder wenigst drei Tag zuvor, ehe sie zusammenkommen, ihre Sünden fleissig beichten, und das hochwürdige Sacrament des Altars mit Andacht empfahlen, und falls in andern Orten über diese noch mehr läbliche Gewohnheiten und Ceremonien gebräuchig wären, sollen auch dieselben gänzlich gehalten werden. Damit aber diese heilsame Gebot Niemand verborgen bleiben, so gebeut und beflicht das heilige Concilium allen und jeden Ordinarien, dass sie, alsbald sie können, dieses Decret und Befecht dem Volk in allen und jeden Pfarrkirchen ihrer Bisthümen zu verkünden und zu erklären Ordnung thun, und dasselb das erste Jahr ostermäls, hernach aber, als oft es vornöthen sein wird. Es ist auch beschlossen, dass dieses Decret oder Befecht in einer jeglichen Pfarr alsdann seine Kraft haben und gelten soll, wan vom Tag der ersten Verkündung zuzählend 30 Tage verschinen seind. Hierauf ist unser aus habendem Befecht ernstlicher Will und Mainung, dass alle und jede Pfarrer und Prediger dieser Stadt und Bistums Regensburg dieses Mandat am nächst künftigen ersten Sonntag des Advents dieses 1580. Jahrs anfahend alle Sonn- und Feiertage, bis 30 Tage verschinen, und dann alle Monath ein-

Mal auf öffentlicher Kanzl nach der Predig von Wort zu Wort verlesen, und dasselbe ihren Zuhörern mit allem Fleis erklären, einprägen und zu halten befehlen, auch sich selbst, i soviel ihr Ambt hierin betrifft, demselben gemäss verhalten; wider die Nachlässigen und Ungehorsamen werden wir mit gebührender Straff ernstlich verfahren, und soll dieses Mandat am nächstkünftigen Fest des heiligen Apostels und Evangelisten Johannes den 27 December lauf. Jahrs seine Kraft und Wirkung zu haben ansahen. Gegeben zu Regenspurg im Bischoflichen Consistorio den 17. Monathstag Oktobris anno 1580.

Georgius Marperger publicus ac Vicarius Ratispon. Notarius juratus s. Cun Sigillo impresso.

Num. MCCLXXV. 1581. 3. Maii. Ex Originali.

Exclusas datae Collegiatie Straubingae, vendendi aut permutandi domos et hortes remotiores.

Fr. Felicianus Dei et Apostoliæ Sedis gratia Epus Scalen. dictaque Sedis Nuntius cum potestate Legati a latere, et Epatus Ratispon. Administrator, Venerab. in Christo dilectis Praeposito, Decano ac toti Capitulo Ecclesiae Collegiate Straubing. is. Jacobi et Tiburtii salutem in Domino sempiternam. Cum nuper ex speciali summi Domini tri mandato ad Serenissimi Principis Domini Guillhelmi Bavariae Dueis petitionem et instantiam Ecclesiam Collegiam S. Tiburtii ex pago Pfaffenmünster ad parochialem Ecclesiam S. Jacobi in ista Civitate existentem transtulerimus, humiliter supplicastis, ut vobis domos cum hortis ad vestram Ecclesiam propter beneficia incorposita et ratione Canonibatum pertinentes, quae tam in suburbio Civitatis, quam in praedicto pago Pfaffenmünster existunt, propter incommunitatem permutandi seu vendendi, et illarum loco de commodioribus aedibus juxta necessitatem providendi potestatem faceremus. Quare cum nos ea, quae ad Ecclesiarum et personarum in eis deservientium commoditatem vergunt, deceat gratiouse premovere, ut supra dictas domos cum hortis permutare, seu vendere, et alias Ecclesiae yestrae propinquiores vobis comparare et juxta ea, quae in nostra translationis scriptura continentur, ex vestra necessitate et Ecclesiae ipsius exigentia in melius convertere valeatis, auctoritate tam Apostolica, quam Ordinaria, quibus fungimur in

hac parte, tenore praesentium vobis facultatem concedimus et coll
sensum nostrum praebemus. In quorum fidem his Sigillo nostro,
quo in talibus utinam, munitis propria manu subscripaimus. Datum
Ratisponae anno Domini 1581. die vero 3. Maii, Pontificatus Domini
nostrri Domini Gregorii Papae XIII. anno decima.

*Frater Felicianus Epus Scalen. Administrator Ratispon. Nunt. Apost.
Cum Sigillo impresso.*

Num. MCCLXXVI. 1583. 29. Januarii.

Litterae Gregorii Papae XIII. ad Bavariae Ducem Guilielmum circa incunda Co
cordata cum Episcopis Bavariae sub directione sui Nuntii Feliciani.

Dilecto filio, nobili viro Guilielmo Bavariae Duci.

Gregorius PP. XIII.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.
Negotium susceptum a venerabili fratre Feliciano, Episcopo Scalensi,
Nuntio nostro de Episcoporum istius regionis conventu istic Bava
riae habendo, gravissimum est, pertinetque magnopere ad Christi
gloriam, sanctaeque ejus Ecclesiae dignitatem, cuius utriusque causae
nobilitatem tuam semper studiosissimam cognovimus, quo maiore
etiam cum spe hortamur et rogamus, ut velis rem confici. Optima
omnia ab illorum prudentia et pietate expectanda erunt. Ubi eo
rum Decreta cognoverimus, facile perspicies nostram paternam, tibi
que ut speramus hactenus non incognitam erga te caritatem et stu
dium laudis tuae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo
piscatoris die XXIX. Januarii 1583. Pontificatus nostri anno undecimo.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisbon.

Num. MCCLXXVII. 1583. 29. Jan.

Litterae Gregorii Papae XIII. ad Episcopos Bavariae.

Venerabilibus fratribus Episcopis Bavariae congregatis.

Gregorius PP. XIII.

Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam benedictionem. Ver
tra singularis prudentia et pietas spectatissima facit, ut in isto con

ventu omnia a vobis expectemus, quae quidem possunt expectari a Pastoribus optimis, et Christi gloriae sanctaeque ejus Ecclesiae dignitatis studiosissimis; nec dubitamus, quin utrique causae omni cura et vigilancia inservitri sitis, neque ulla in re vestro officio et muneri defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, ut tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, ut venerabilis fratris Feliciani Episcopi Scalensis, Nuntii nostri verbis omnem fidem tribuat, utque ea decernatis, quae negotiorum ipsorum gravitas flagitat; quaeque vestra caritas pollicetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Januarii 1583. Pontificatus nostri anno undecimo.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisbon.

Num. MCCLXXVIII. 1583. 20. April. Ex Originali.

Feliciani, Episcopi Scalensis, Nuntii Apostolici Decretum contra Clericos concubinarios.

Fr. Felicianus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Scalen. ad partes Germaniae superioris fsmi Domini nostri, Domini Gregorii divina providentia Papae XIII. dictaeque Sedis Nuntius cum potestate Legati de latere, universis praesentes litteras inspecturis saltem in Domino sempiternam. Quam turpe — ut in sacrosancto Concilio Tridentino habetur, — ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiae sordibus immunndoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione summoque clericalis militiae dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam ac vitae integratatem Ministri Ecclesiae revocentur, populusque hinc magis eos disceret revereri, quo illos vita honestiores cognoverit, fsmus Dominus noster, Dominus Gregorius Papa XIII. multis jam vicibus non solum litteris, sed etiam per nos et alios Praedecessores nostros Nuntios Apostolicos tam Ordinarios in Bavaria Dioecesis habentes, quam etiam serenissimos Bavariae Duces Albertum p. m. et Guilielmum diligenter admonuit et cohortatus est, ut Clericorum concubinatus ex dominiorum Bavariae finibus plane exterminaretur, atque post multa remedia excogitata eo tandem deuentum est, ut Praefectis temporalibus locorum sub gravissima poena negotium datum sit, quatenus homini concubinae etiam in aedibus ipsorum clericorum caperentur, et castigatae in exilium mitterentur. Quamquam autem Praefecti ipsi strenuam ea in

re operatis navarent, aliquorum tamen clericorum concubinorum, quorum iacturam status dignitati parcebatur, perversitas et nequitia efficiebat, ut hoc tetrum malum radicibus extirpari non posset, id quod dicti Praefecti saepe questi sunt. Quare cum officii nostri ratio postulet, ut huius pravissimo scandalio quibuscumque possimus remediis mature provideamus, contra Clericos ipsos concubinarios juxta sacrosancti Concilii Tridentini saluberrimum Decretum procedendum necessaria duximus, quatenus homines illorum impudicitias licentia debite coercerentur, atque, ubi paterna monita nihil proficiunt, poenarum formido fructum faciat. Proinde omnis et singulis Episcopis in dictioribus serenissimi Bavariae Ducis jurisdictionem spiritualis habeatibus, eorumque Vicariis generalibus committimus et districte praecipieando mandamus, ut absque alia alia admonitione, quando ea multoties iam facta est, quoescunque Clericos, etiam in dignitate constitutos, concubinas aut alias mulieres suspectas in domo vel extra delinentes tertie parte fructum, obventionum, ac preuentuum Beneficiorum suorum quorumcunque et pensionum ipso facto privent, quae fabricae Ecclesiae aut alteri pro loco vel operi ibidem arbitrio Episcopi applicetur. Si vero in delicto eodem cum eadem vel alia foamma perseverantes, secundae monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum Beneficiorum et pensiones ex ipso admittant, qui praedicto modo applicentur, nec etiam a Beneficiorum ipsorum administratione, — quoad Ordinarius etiam uti Sedis Apostolicae delegatus arbitrabitur, — suspendantur. Et si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc Beneficiis, portionibus ac officiis et pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitae emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dissiserint, intermissum consortium repetere aut alias homines scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, praeter praedictas penas excommunicationis gladio plectantur; nec quaevis appellatio aut exemptio praedictam executionem impedit aut suspendat. Clerici vero Beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes juxta delicti et contumaciae perseverantiam et qualitatem ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab ordine ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda aliis modis juxta sacros Canones puniantur. Quod si Ordinarios, ubi prius singulis vicibus serenissimi Ducis nomine admoniti fuerint, officium tamen hac in parte negligere

contigerit, ita, ut hmoi clericis concubinariis conniveant, eos praemissas poenas incurrisse non declarando vel non sumendo eas, ne malum hoc impune manens cum graviori scando ulterius serpat, nos auctoritate Apostolica nobis concessa et quā fungimur in hac parte, per praesentes decernimus et declaramus, hmoi concubinarios notarios Ordinariis denuntiatos et cum impunitate relictos praedictas poenas et multas ipso facto incurrisse et incurrire. Et quia nos non semper possumus esse praesentes ad exigendum et disponendum juxta praemissa, serenissimo Bavariae Duci facultatem, eadem autoritate usque ad ulteriorem sanctissimi Domini nostri dispositionem cedendum, ut pro publico Ecclesiae bono per suos Consiliarios ad hoc deputandos nostro nomine praemissas poenarum multas negligentibus ut supra Ordinariis exigere et supraposito modo applicare possit et valeat, imo etiam rogamus eum, ut facere id velit. Ordinarios autem serio admonemus et hortamur, ut ipsi officium hoc mature et debite facere satagant, nec cum nominis sui imminutione expectent alios, qui pro eis in extirpando concubinatu supplere debeant. In quorum omnium fidem ac testimonium has nostras litteras confici Sigillique nostri, quo in talibus ntimur, impressione communiri fecimus. Datum Monachii anno Domini 1583. die vero 20. Aprilis. Pontificatus praelibati fisci Domini nostri Gregorii Papae XIII. anno undectimo.

Cum Sigillo impresso.

"Num. MCCLXXIX. 1583. 5. Septembri.

Anno et die notatis initus fuit Recessus Monacensis Concordatiorum cum Ordinario Boariae, qui Monachii quidem praesentes non fuerunt, sed Oratores duxerunt et ziaebrunt: pro Ecclesia Ratisponensi subscrivserunt Sbinco Bereka Baro de Duba et Leippa, Administrator Epatus Ratispon. Praepositus Wissengrad. et Oetting. ac Joannes Bapt. Pihelmaier ss. Th. D. Epus Almtr. ac Suffraganeus Ratispon. Legatiss. Eporum Guilielmus Boariae Dux e suis Consiliariis plures adjunxit. In eo Conventu actum fuit de Visitationibus et Juribus Ordinariorum in Boaria, de Electiobus et Confirmationibus Praelatorum, de Personarum ecclesiasticarum delictis et poenis, de collatione Beneficiorum ecclesiasticorum, de personis et bonis Clericorum, de testamentis Clericorum, ac de causis matrimonialibus.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisben. Hansii II. 639.

Num. MCCCLXX. 1583. 24. Novembris. Ex Originali.

Citatio Cleri diocesani ad Synodum 9. Januarii 1584. celebrandam.

Sbinoo Berckha, Baro de Duba et Leippe, Administrator Episcopatus Ratisbonen. Universis et singulis quorumcunque Monasteriorum et Ordinum Abbatibus, Praepositis, Prioribus, Administratoribus, necnon Decanis ruralibus per dictum Epatum Ratisbonem, constitutis, ad quos presentium Literationem notitia pervenerit, salutem in Domino. Ardua quaedam negotia post celebratam Monachii Eporum congregationem nobis et sancti nostro Ecclesiastico incurrunt, de quibus vobisque queque consultare opero pretium audecimus. Cum vero id abeque praesentia vestra personali fieri nequam possit, nos officio nostro, et tam generali Tridentini Sess. 24. cap. 2. Decret. de refores. quam provincialis Galimburgensis causa statut. 64. cap. 2. Conciliorum canonibus et decretis, quae tamen causa Deo possumus, satisfacere videntur, Synodum diocesantham instituimus et promulgare statuimus. Quare subitis omniis et singulis praesentibus requisitis in virtute sanctae et debite obedientiae distincte praecipiendo mandamus, quoniam scitis secunda post festum Exhortationis Epi. quae erit mons mensa Iesu Christi iuncta tractu Calendarii computationem anni proxime sequentis, videlicet 84. ocam. nobis Ratisbonae in aula Epli mane hora septima personaliter, vel si quis vestrum notabili corporis infirmitate aut aliis rationabilibus tamen et gravibus causis foret impeditus, per mandatarium aliquem dum pleno et sufficienti mandato instructum omniibus aliis excusationibus posthabitatis certo compareatis, sed videndum et audiendum causas et negotia hinc vobis proponi, atque deinceps ecommunicato consilio et una vobiscau super iudicem consultari et conciliari, certificantes et admonentes vos ac quemlibet vestrum, qui hoc nostro mandato fueritis requisiti, si in prefixo jam termino comparete neglexeritis, aut alter vestrum neglexerit, quod tunc contra vos et quemlibet vestrum inobedientem condigna tanti contemptus et negligentiae poena et animadversione mediante justitia atque etiam in dictis negotiis procedi curabimus. Et licet de obedientia vestra minime dubitemus, scriptis tamen vestris de legitima insinuatione praesentis Mandati nostri per vos certificari, et propria quemque vestrum manu subscribit volumus. Actum Ratisbonae sub Officij Vicariatus nostri Sigilli appressione, die 24. mensis Novembris, anno dni 1583.

M. Theobias Nagl. Officij Vicariatus Ratisbon. Notarius juratus s*i.*
Cum Sigillo impresso.

Num. MCLXXXI. 1684. 10. Jan. Ex Diplomaticis.

Constitutiones synodales conditae per Reverendum ac. Illustrissimum Dnnum Sblatensem
Berckam, Episcopatum Ratisbonensis Administratorem.

Caput I. De Jurisdictione Ordinaria.

Art. I.

Quam graviter in lege dividias et ecclesiasticas ii delinquent, qui ab Ordinariorum suorum Jurisdictione se vel eximere conantur, vel debitam obedientiam, fiduciam et diligentiam non subtrahunt, ne sacris litteris, canoniciis Sanctionibus, Concilio Tridentino, Constitutionibus provincialibus potest laqueantes. Agnoscant igitur Brebeti, Parochi, aliquae Clerici munus et obligationem suam, neque se invicem ad forum alium trahant; et cum Ordinario citati majorum obedientia et promptitudine compascantur mandata sibi transmissa majori fide et studio publicent, cœquantes et observent: sint in solvenda iuribus Episcopilibus paratores: ne audent se divinis officiis et manutribus, aut bonis ac redditibus beneficiorum immiscere, aut in possessionem ipsiutorum, priusquam ab Ordinario suo examinati, investiti, aut auctores adprobati et admisi fuerint.

Art. II.

Quoniam si Secundum et Illustrissimum Principis ac. Ebi Dni Guill. elmi Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariae Ducis pietas et ardens in religionem catholicam Ecclesiaeque reformationem studium, ex transactione illa memore Sept. super chapl. anni 1533. Monachii cum Revinis DD. Metropolitano et Coepiscopis inita appareat, in qua eua Serenites plurima ad Jurisdictionem Ordinariorum, immunitatemque ecclesiasticam spectantia, quae horum temporum malitia intercederant et pauplum collabebantur, magna ex parte benigne restituuit. Veram si Ordinariorum akorumque Praeclarissimi et Pastorum, atque adeo taliis Cleri in functionibus ecclesiasticis promissa reformatio et diligentia conceptae specie et expectatione non forent responsura, sanc vehementer est metuendum, ut ea, quae ab optimo et catholicico Princeps tam pie et liberaliter sunt concessa, negligentia et demeritis nostris exigentibus ea rursus, et cum iis multa quoque alia amittamus. Ut autem ejusdem transactionis tenor omnibus hujus Episcopatus statibus Cleri innotescat, cum ut recte intelligatur, tum ut fideliciter ab omnibus observetur, in hac Convocatione vobis publicabitur:

Art. III.

Et quia Revinus DD. Felicianus Epus. Scalen. Sedisque Aples Nuntius ad praedictos RR. Dnos. Metropol. et Coepiscopos post transactionem praeplatam quaedam ad Jurisdictionem Ordinariam, reformationemque Cleri et populi spectantia auctoritate aplice emiso publico decreto sancivit, iisdemque exequenda serio injunxit, operas, pretium videtur, ut ea quoque vobis publicentur.

Art. IV.

Cum igitur in dicto Revni Nuntii Aplici decreta inter cuncta mentio fiat erigendorum plurium tribunalium, in quibus Clerici in negotiis civilibus, ut debitorum leviorum et similium, conveniri possint, consultandum jam est de modo, hmoi tribunalia in hac Dioecesi instituendi, erigendi et conservandi.

Cap. II. de reformatione generali tam Cleri, quam populi.

Art. I.

Ut Visitatio generalis, quae vigore allegatae transactionis Aplici que mandati diutius diffiri non potest, atque in hac Dioecesi Ratispon. duobus super elapsis mensibus tribus satis amplis spatiis et locis incoepit est, finem et effectum in ea quae situm facilius, citius, felicius et minori sumpta ac labore sortiatur, in hac praecepuorum statuum hujus Epatus Convocatione, quae ad generalem reformatiōnem pertinebunt, eam ob causam publicabuntur, ut Praelati aliqui Clerici interim scandala tollere, excessus et abusus corrigere, utilia praeparare, temque ita instituere possint, ut Visitatores, quocunque locorum venerint, omnia jam reformata reperire, tempusque ac laborem in Ismo Confirmationis Sacramento conferendo, Verbo del annuntiando, poenitentium absolutione aliisque similibus piis operibus insumere possint, ne confusa et depravata corrigeret et emendaret, hinc alio novo rursus itineris labore alio tempore inspicere cogantur, an praecepsis et ordinationibus satisfactum fuerit.

Art. II.

Pontificali Romano P. III. de Synodo celebranda; addenda sunt ex Concilio Trid. nec non Constitutionibus provincial. Salib. quae de reformatione decreta et sancta sunt. Duorum horum librorum exemplaria sibi omnes et singuli comparare teneantur, ne ignorantiam praejudicent queant. Libri Missales, Breviaria, Obsequalia.

et similes libri necessarii in posterum heic in aula Epili semper comparari poterint. In specie vero admonendi sunt Praelati aliquique Clerici, ut circa Cultum divinum sequentes abusus et scandala, quae in allegatis proximis tribus Visitationibus pluribus in locis reperta sunt, in temporibus corrigan et amoveant. 1) Sacrificium Missae sanctissimum debitum Caeremoniis, praemissa, dum opus est, Confessione sacramentali, a jejunis, praesente saltem uno ministro eoque celebranti respondentे, tempore et loco competenti saepius ac pluribus in Ecclesiis filialibus et Sacellis ipsis Parochis commendatis celebretur. 2) Ecciarum et Sacellorum collabentium structurae, Missalium librorum, paramentorum, calicum, corporalium, vasorum sacrorum, imaginum Christi et Sanctorum, sacrarum reliquiarum, altarium, custodiarum ossium defunctorum, Caementeriorum integritati, munditiae et restitutioni summa adhibeat diligenter; purificatoria quoque et manutergia specialia ab omnibus quam primum comparentur.

Art. III.

Tabernaculum sc. Eucharistiae sit bene munitum, partientes consecratae non sint nimis multae, singulis 14. diebus, aut ad summum 3. aut 4. Septimannis renovantur, vascula, in quibus asservantur, sint bene munita et mundissima, lumen perpetuum ibi soveatur: baptisterium, urceoli, aspersori vas et similia diligentissime conservantur.

Art. IV.

Circa reformationem Cleri sequentia scandala et abusus tollendi; 1) Crimen haeresis omnino extirpandum, libri heretici comburendi, parochiani rebelles et contumaces Ordinario significandi, cantilenae et psalmi praeter eos, qui ab Ecclesia sunt adprobati, nulli prorsus permittendi: de sagis et maleficiis diligenter inquisendum. 2) Clerici diligenter conscientiam suam examinant, si forte sunt excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, etc. ut habita contritione se in tempore pro absolutione heic ad Ordinarium sistant; longe enim maiorem clementiam et gratiam merentur poenitentes, qui ultiro medicinam quaerunt, quam qui in Visitatione deprehensi ad eam compelluntur. 3) Idem faciant illi, qui forte monachi, aut alii religiosi, vel Clerici profugi et vagabundi absque suorum superiorum sufficiente licentia et justa causa, et sine Ordinarii hujus loci scitu ac consensu divinis se ingerunt, dum culpa et periculo non carebunt praelati et parochi, tales clericos aut religiosos contra toties repetitas prohibitions foventes ac retinentes. 4) Sacramentalem Confessionem Cle-

rii et Religiosi diligenter frequentabunt; et officinam singulis 14 diebus, aut certe ad summum singulis mensibus sub poena. 5) Horas canonicas fideliter recitent, neque ante dictum matutinum et primam celebrent sub poena. 6) Ab exercendo Concubinatus vitio sibi omnino caveant; nam gravius longe et severius contra tales utrinque magistratus brachio et auctoritate in posterum procedetur.

De Concubinatu legenda sunt specialia mandata de eo edita.

7) Habitum decentem, iudicia honesta, barbae et coronae rasuras consuetas sibi comparent; specialiter caveant a quibusdam vestimentis plane saecularibus, dum itinerantur. 8) Libros habeant catholicos, Bibliam, Catechesin Romanam, Concilium Trid. Concilium Salisburg. Manuale, Enchiridion, Postillam, Hosni methodum confidendi etc. 9) Caveant diversionia publica, ne inebrientur; non interficiat multo minus choreis, caveant a conversatione indehonestorum etc. 10) Non sint blasphemati, usurarii, injuriosi, rixosi, armis prohibitis interfierant, ne ludant ludis prohibitis, venationibus ne dent operam.

Aux. V.

Circumstrem optimarum, et reformationem ac regenerationem populi.

1) Baptisma, poenitentia, Eucharistia et extreme unctione pia et diligenter administrentur. 2) Circa matrimoniale Contractus summa cautela, praesertim circa vagabundos et extraneos adhibeatur. 3) Officia divina, Missae, Verbum dei, Vesperae et similia pluribus in locis et frequentius celebrentur, praesertim ab illis sacerdotibus, qui amplius habent parochias, multas filiales Ecclesias et Sacelle, ne ovae commissae posuerint cibis spirituali pereant. 4) Infirmi visitentur et moneantur de extrema unctione. 5) Dubii in fide instruantur. 6) Catechesis puerorum in Ecclesiis instituatur. Datum Ratisponae die 10 mensis Januarii, anno Domini 1584..

148

Numb. MDCCLXXII. 1586. 25. Iunij. Origine.

Commissionem papalem ad Administratorem Episcopatus Ratisbon. transferendi Canonissas sancti Pauli ad aliud Monasterium, seu in domum, pareatum vel consanguineorum suorum.

Dilecto filio Sbinco Berchae, Ecclesiae Ratisbonensis Administratori.

Situs PP. V.

Dilecte fili, dilectionem et Apostolicam benedictionem. Priorum et graviorum virorum testimonio ad nos perlatum est, nobiles quasdam Canonissas, quae in Monasterio sancti Pauli Ratisbon. sub regula sancti Benedicti degunt, longe alienara ab antiquis et regularibus illius Ordinis institutis vita ducere, et posthabitato Dei famulatu nomine libertatis ac mundanis illecebris, et saceruli delectationibus non sine gravi populi scandalo et animarum suarum periculo obnoxias et deditas esse. Quare Nos pro pastoralis officii nostri cura huius malo opportunitym remedium adhibere cupientes, tibi per praesentes committimus et mandamus, ut si vera sunt, quae supra diximus, dictas Canonissas ab eo Monasterio sancti Pauli ad aliud seu alia Monasteria ejusdem Ordinis, quae in eadem sunt Civitate quamprimum transferri, ea in locum parentum aut consanguineorum suorum, prout magis expedire judicaveris, reduci cureas. Quasi ad rem agendam pleham et liberam tibi damus et concedimus facultatem et auctoritatem, ita ut dictis Canonissas, si forte in hoc jussis reis parere recusatent, et alios quocunque eos facientes auxilium et consilium praestantes per censuras et penas ecclesiasticas, et quoque opportuna juris et facti remedie, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omni appellatione remota ad obediendum coges et compelles, non obstantibus Constitutis et Ordinationibus Apostelicis ac dicti Monasterii sancti Pauli, et aliotum quorumvis jumento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis ac litteris Apostelicis illorum Ordinibus ac Superioribus et particularibus personis concessis, approbatis et innovatis, caeterisque contrariis qui hucunque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo pectoris die 25 Jaguarii 1586. Pontificatus nostri anno primo.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXXIII. 1587. 22. Junij.

Concordata inter Guilelmum Dacem Bavariam, ac Capitulum cathedralis Ratisbonae
intra et confirmata.

Breve administrationis bonorum mensae episcopalnis et summo
Pontifice Sixto V. sub dato Romae die octava Maii 1585. serenissi-
mo Duoi concessum non discutiatur et in robore suo maneat, cum
nudam bonorum administrationem ne dilapidentur bona, respiciat,
et non solum primo capiti Concordatorum satis conveniat, verum et
ipsi acquistati; nemo animi fide, solertia et amore in pertinentibus
ad filium praeter patri praetendere potest, patri inquam Episcopi
(Philippi) protectori Ecclesiae ab ejusdem antiquis fundatoribus de-
scendenti, nullum prorsus nisi filii Ecclesiae, religionis catholicae,
conscientiae, et proprii honoris interesse praetendent. Verum cum
serenissimus Dux Pater Administratorem per se ipsum agere ne-
queat, substituat sibi bene visum, et Capitulo jure non invisum Oe-
conomum idondum, qui, antequam Administrationem suscipiat, in
praesentia Capitularium, aut certe in senatu juramentum solemniter
praestet in manibus sue Serenitatis, vel alterius sui Procuratoris;
quod Serenitati sue erit obediens, Ecclesiae vero et Episcopo fide-
lis; sollicitique Consiliarii saeculares eidem adiungantur, in quibus
sua Serenitas dignabitur eandem habere rationem, ne Capitulo sint
invisi, et ut stipendio ejas praescitu constituto sint conuenti; at in-
super ad tutiorem bonorum mensae Episcopalnis tutelam consuetae
quatuor dignitates, seu Canonici Capitulares pro more jurati, quo-
rum interventu et assistantia contractetur ab eodem, et singulis an-
nis serenissimo Duci in praesentia Capituli dati et accepti ac totius
administrationis ratio reddatur, quod reliquum est, in Actarium
Episcopale reponatur et opportuno tempore in utilitatem Episcopalis
mensae consilio serenissimi Duci et Capituli consensu exponatur,
nec extraordinarii ulci graves sumptus prius hiant, quam Canonici
quatuor Consiliarii pro eorum arbitratu de illis ad Capitulum retul-
lent. Quod si controversia quandoque oriatur inter Serenitatem
suam tanquam Ducem Bavariae, et Episcopatum, eo casu Oecono-
mus Serenitati sue ratione illius administrationis nullo juramento ob-
strictus sit, sed soli Ecclesiae, adeoque cum Capitulo liberime agat
et deliberet, quid expediat. Eveniente vero, ut in Concordatis ha-
betur, casu mortis Episcopi Philippi (quod Deus diu avertat,) aut
quod Episcopus quoquo modo esse desineret, sit pariter ipse oeco-
nomus juramento obedientiae suae Serenitati promissae solutus,

aliumque Dominum non agnoscat, quam Capitulum. Summus Pontifex a serenissimo Duce rogabitur, ut in jurisdictionibus Ecclesiasticis et Spiritualibus, ac in causarum spiritualium, temporalium seu mixtarum ad Iorum Episcopale quoque modo pertinentium cognitione, ac ad personarum coercionem cum plena Ordinaria et Apostolica authoritate pro sua Sanctitatis benignitate dignetur ad libitum decernere Vicarium generalem, germanum, virum doctum, prudentem, expertum, Deum timentem, et ad nulum sua Sanctitatis amovibilem, cui pro more assistat Consistorium, in quo si in negotiis consistorialibus aliquo casu iuris vel facti ipsae supplere non possit, aliquem ex Capitulo vel Senatu consistoriali substituere ejusdem status consilio valeat, et ejus vices generales, si aliquo modo deficere contigerit, et Ecclesia hujusmodi superioritate Ecclesiastica reperente nudaretur, donec ab ipso Pontifice opportune prospiciatur, gerat, qui pro tempore fuerit Decanus, si modo doctrina et experientia polleat, sin minus, Suffraganeos. Etsi aliquae inter serenissimum Ducem, ejusque Cameram ducalem et Mensam Episcopalem, jurisdictionis, jurispatronatus, collationis beneficiorum, finium, juris pacandi, ex hujusmodi controversiae exoriantur, haec ipsorum judicium, quibus vel jurisdictionis ordinaria loci competit, vel qui haec tenus hujusmodi lites dirimere soliti fuerunt, determinationi subiiciantur. Visitatio Ecclesiae et Dioecesis Ratispon. fiat per Vicarium ordinaria, jurisdictione, et servatis iis, quae continent concordata inter serenissimum Ducem et Ordinarios Bavarese, salvo sumi D. N. et sanctae sedis Apostolicae Decreto, si aliud circa eandem visitationem auctoritate Apostolica decernatur. Fundatio et erectio Collegii Patrum Societatis Jesu in civitate Ratisponensi libitu serenissimi Ducis instituatur, et ex pecunias relictis ab Hochwart, ac etiam sex milibus florensis ab Aerario Episcopali, vel ex annuis Mensae Episcopalis redditibus exigendis, si ita summo Pontifici placuerit, juvetur atque in posterum unanimi consensu sua Serenitatis et Capituli totis viribus conservetur, et augeatur, ita tamen, ne Mensae Episcopali hac occasione onus perpetuum imponatur, et nisi cum auctoritate Sedis Apostolicae in proventibus annuis non gravetur. Verum ut mensa ipsa in proventibus etiam in utilitatem Collegii versis aliquo modo reficiatur, et compensetur, sua Serenitas occasionem et commoditatem a summo Pontifice procurabit atque implorabit. Gaudebit vero societas in Collegio illo omnibus immunitibus et privilegiis, quibus gaudet totus illius civitatis clerus, habebiturque pro membro,

Ratisponensi Ecclesiae, Patres autem, cum primitum potuerint, studeant pro eorum instituto instrui Juvenes, qui eidem Ecclesiae Ratisponensi addicti sint, et serviant. Conservetar modernus Conciliator ad tenorem Brevis ipsius Domini nostri Sixti Papas quoniam sub datum Romae die nona Januarii 1587, et in posterum, ad ejusdem Brevis et sacrosancti Concilii Tridentini dispositionem Episcopali authoritate de idoneo cuiuslibet ordinis provideatur, et redditus ad munus praedicationis absolute destinati, non attento, quod concionator ante absque alio quam ab Episcopo deputatus fuerit, eidem muneri serviant. Vicarii foranei in Visitatione determinantur, si non sint, et a Vicario deputentur; Collatio Dioecesis Ratisponensis jure fiat, ne serenissimus Dux, Episcopus, vel Capitulum in Collationibus ad quemque ipsorum pertinentibus invicem graventur, et sua Serenitas in collationibus Episcopi et Capituli nullo modo se immisceat; et in substituendis, et a sua Serenitate Vicario praesentandis servetur solitum, et servatis servandis praevio examine ad Concilii Tridentini ordinationem idoneis beneficia conferantur. Et in casu controversiae, donec fiat discussio, ne aliquis jure proprio privetur, simplex provisio sine praejudicio jurium partium per Vicarium Apostolicum fiat de ea persona, quam sua Serenitas ex suo jure praesentaverit. Serenissimus Dux gratoe revocet exactionem quantitatis hucusque decursae trium millium florenorum annuorum juxta concordata pro Episcopo exigendorum; ut ad suae Serenitatis piam intentionem commendo et beneficio Mensae Episcopalis cedant in posterum attem suae; Serenitati ad tenorem Concordatorum eandem summam trium millium florenorum singulis annis, cum dies solitonis cesserit, exigitate licet: ex ejus enim pietate, et in catholicam religionem zelo, ut hanc quantitatem in usus pros et ad commodum ipsius Ecclesiae sua Serenitas sit erogatura, facile sperari potest. Arresta Capitularibus ob resistantiam Capituli a serenissimo Duce facta, postquam haec concordata ab eisdem acceptata et comprobata fuerit, gratoe remittantur. In omnibus differentiis, quae horum Concordatorum, vel alia occasione evenerit inter suam Serenitatem seu ejus ministros, Episcopales et Capitulum, quae via ordinaria decidit aut componi non poterunt, ab utraque parte recursus haberi possit ad Nuntium Apostolicum pro tempore in Aula Caesarea residentem. Haec Concordata matu serenissimi Dnis, et singulorum Capitulium comprobentur, et suae Serenitatis et Capituli sigillis munitur, eisque Reverendissimus Dominus Episcopus Placentinus manu et Sigillo proprio rebur et firmatatem adjungat, et a Notario in omnium

praemissorum testimoniis scribantur, et uniuscuius partis exemplum authenticum concedatur.

Philippus Episcopus Placentiensis s.
Guilielmus Dux s.
Sipoo Berka Baro de Duba et Leipo Praepositus s.
Ego Bartholomeus Vicarius Doctor, subscrivo huius transactioni ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus a Capitulo Ratisponensi, et ut ejusdem Decanus.

Ego Johannes Wilhelmus ab Holdingen, subscrivo huic transactioni ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus a Capitulo Ratisponensi, et ut ejusdem Canonicus.

Cristoff a Fronhoven Senior, s.

Philippus a Parsberg, s.

Joan. Georgius Stinglhaemer s.

Sebastianus Kölzer Scholasticus s.

Johannes Fidericus ab Haegenberg s.

Joannes Ungener Doctor s.

Martius Dumus s.

Hundii Metrop. I, 185. Edit. Ratisbon.

Nunt. MCCLXXXIV. 1587. 10. Jul. Ex Originali.

Mandamus; et solvantur censes incorporationis et Decimorum novalium.

Joannes Baptista Dei et Apostolicae Sedis gratia Epus Almirensis s. Th. Doctor, Suffraganeus et officii Vicarius Ratisbonensis pro tempore Commissarius specialiter deputatus etc. Universis et singulis presbyteris praesentibus requisitis salutem in Domino. Tenore presentium vobis committimus et mandamus, quatenus omnes et singuli los presbyteros per Dioecesin Ratisbon. ubilibet constitutos in executione praesentium nominandos, atque occasione incorporationis necnon censuaria de decimis novalibus Revmo Domino nostro Baptispol. annuam obligatos diligenter inquireatis et requiratis, quos posse etiam sub poena arbitriaria serio requirimus et monemus, ut praedictas incorporationes et census decimorum novalium exhibitori praesentium Balthasar Stremberger Episcopalis Cancellariae scribae omnime mora postulata realiter et cum effectu tradant et assignent. Si vero id quisquam eorum facere neglexerit, feria quartia post festum S. Bartholomei, quae erit 26. mensis Augusti proxime uestitus coram

Nobis Ratisbonae in aula et Consistorio Episcopi mane hora primitarum et audienciae causarum consueta personaliter atque sine ulla procuratorum suorum constitutione compareat ad videndum et audiendum, contra se ad predictam poenam ex officio nostro procedi vel dicendum et causas justas ac rationabiles, cur id fieri non debeat; allegandum. De executione vero praesentiam stabimus predictae anime Eplis officialis relationi. Datum Ratisbonae die X. mensis Iulii, anno Domini 1587.

Simon Strobl publicus et officii Vicariatus Ratisponi substitutus Notarius juratus s.

Cum Sigillo a tergo impresso.

Num. MCCLXXXV. 1588. 10. Octobris. Ex Originali:

Mandatum generale ad omnes Decanatus rurales Jura Episcopalia, anniversarium Principum beicorum, ac Constitutiones pro Clero Dioecesis Ratisbonensis concernens.

Jacobus Myllerus s. Th. Doctor, Episcopatus Ratisbonensis Vicarius generalis et Officialis a sancta Sede Apostolica specialiter deputatus, honorabili nobis in Christo dilecto N. Decano et Plebanio in N. salutem dicimus in Domino. Vobis authoritate, qua fungimur, districte praecipiendo mandamus, quatenus omnes et singulos Ecclesiastum parochialium Rectores sive Plebanos; Vicarios, Provisores, Beneficiatos et divinorum Cooperatores, nec non alias quoscunque Presbyteros per Decanatum vestrum constitutos tanquam hujus Ecclesiae debitores certa die circa festum omnium Sanctorum proxime venturum per nuntium vestrum ad locum et congregationem capitularem celebrandam personaliter citetis et evocetis, eosque diligenter sub canonica et aliis arbitrariis poenis requiratis et moneatis, ut omnia et singula jura Episcopalia tam de praeteritis, quam praesenti anni debita, quotquot eorum quemlibet concernunt, vobis Decano percipiende assignent realiter et cum effectu; similiter anniversarium Principum, videlicet Vigilias et alia divina officia libco et tempore consuetis (si apud vos peragi solent,) visitent et ad finem usque sub poenis in Statutis et Privilegiis vestris contentis et expressis, illis et cuiilibet illorum contumaciter se absentantibus aut justo et legitimo tempore non comparcentibus aut sine licentia vestra abeuntibus irretrahibiliter per vos Decanum et confratres obedientes infigendis

perseverent. Et quoniam scimus non sine gravi iusta et moerore, multa in Clero hujus Ratisbonensis Dideccas cum quoad divorum Sacramentorum condignam administrationem, tum vitae et morum honestatam desideratis; Decreta quaedam ad universum Clerum se junctim conscripta est ab omnibus, usque denuo generalis Reformatio atque Visitatio instauratur et perficiatur, observandae minime, mandantes vobis Decano authoritate Ordinaria, qui fungimur in virtute sanctae obedientiae et sub poena suspensionis a sacrificio et officio, ac aliis in Constitutionibus nostris expressis, ut omnes et singulos articulos exacte observetis et ab omnibus et singulis Presbyteris Decanatu vestro subjectis observari faciatis, alioquin contra contumaces et mandatorum nostrorum contemptores vigore praedicto ac taliter procedemus, ut unius poena aliis merito cedere debeat in exemplum. Actum Ratisbonae in Consistorio Episcopal, sub Sigillo Vicariatus Officii Ratisbonensis die 10. mensis Octobris, anno Domini 1588.

Cum Sigillo Vicariatus impresso.

Num. MCCLXXXVI. 1588. 15. Octob. Ex Diplomatico.

Br̄ve Sixti V. ad Officialēm Frising. super extinctione Monasterii S. Pauli, et
erēctione Collegii S. I. Ratisbonae.

Sixtus Episcopus servus Servorum Dai. Dilecto. Filii, officiali Frisingensi salutem et Apostolicam benedictionem. Puis fidelium vestis, praesertim fiduci catholicae incrementum, et animarum salutem concernentibus libenter amamus, eaque favoribus prosequimur opportunitys. Cum itaque nos nuper pro suscepti cura Regiomatis universali Ecclesie cuius auctore Domino upræsideamus, de statu Ecclesie et Civitatis Ratisbonensis et piorum virorum relationibus certaine notitiam habentes, consultatae ex parte censuerimus, et aliquoties ap̄e et salubriter admonuerimus, ut in dicta Civitate unum Collegium Presbyterorum S. I. qui firmissimum adversus fidei catholicae et Ecclesiae hostes praescidium esse poscent, erigeretur, et Monasterium Canonistarum S. Pauli Ratisbonense sub regula S. Benedicti, in quo super duas tantum Cambiosesse existabant, de ordine et mandato nostris his duabus Canonicis ad alterum Monasterium gallokitis; vacuum redditum sit, nuncque proborum virorum judicio nihil magis opportunum ac commodum esse videatur, quam si salubria monita nostra de erigendo Collegio dictorum Presbyterorum thes. oblate occasione, sibietae

executioni demandentur; ita enim fieret, ut fidei incrementum, et marum saluti inde opportune consuleretur, ac ipsis fidei catholicae hostibus dictum monasterium, ut praesertim, vacuum illiusque bonum et redditus occupandi occasio tolleretur. Quare pro parte dilecti Filii Philippi ex Bayariae Ducibus, qui ejusdem Ecclesiae in spiritualibus et temporalibus Administrator per Sedem Apostolicam specialiter deputatus existit, et pietatis ac religionis studio enixo desideratur, dictum Collegium erigi, et nabis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Philippi Administratoris pietatem commendantes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliquique Ecclesiasticis acentiis, censuris, et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absoluntum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae, cum venerabilis frater noster, Epus Frisingensis ordinarius vicinior dictae civitati existat, per Apostolica Scripta mandamus, quatenus Monasterium praetatum, cuius fructus, redditus, et proventus viginti quatuor ducorum auri de camera, secundum communem aestimationem, valorem annuum, ut dictus Philippus asserit, non excedunt, et de quo per dictam sedem disponi non consuevit, ac in eo omnem ordinem ac regulam et essentiam regulares auctoritate nostra perpetuo suppressas et extinguias, necnon apud unum Collegium Presbyterorum dictae S. I. qui verbum Dei populo praedicent, sacramenta Ecclesiastica administrent, juventutem bonis moribus et doctrinis imbuan, alia que munia, prout in aliis eorum Collegiis facera, et exercere consuerunt, faciant et exerceant, etiam perpetuo sine alicujus praedictio, et dummodo duabus canonissis praefatis translatis, ex redditibus suppressi Monasterii hujusmodi congrua portio ad earum vitam annuatim, quoad vixerint, praestetur, dieta auctoritate erigas et instituas, illique sic erecto et instituto omnia et singula dicti Monasterii suppressi bona, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta similiter perpetuo eadem auctoritate applies et appropries, ita, quod dicat dictis Presbyteris seu eorum procuratori ad hoc ab eis specialiter constituto, quatenus suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, applicationes et appropriationes praefatas per te vigore praesentium fieri contigerit, corporalem possessionem Monasterii, illiusque bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum et emolumenterum praefatorum propria auctoritate ab-

quæ vicio spoliū, et attentatorum, ac cuiusvis etiam Ordinarii loci li-
centia capere et apprehendere, ac illa in communes usus et utilitatem
convertere, ac easdem praesentes, nullo unquam tempore, de subreptio-
nis vel obreptionis aut nullitatis vito seu intentionis nrae, aut quopiam
atī defectū, etiam ex eo, quod superiores dicti Monasterii, aut alii
iuris praemissis interesse forsitan habentes, vocati non fuerint, notari, im-
pugnari, aut ad terminos juris reduci sed in jus vel controversiam
revocari, aut sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revo-
cationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus compre-
hendi posse, sed semper illas validas et efficaces existere, suosque
plenarios et integros effectus sortiri, sicutque per quoconque judices
et commissarios etiam causarum palatii Apostolici Auditores, ac sanctae
Romanae Ecciae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis alter
judicandi et interpretandi facultate et auctoritate ubique judicari
et definiti debere, nection quidquid secus super his a quoquam, qua-
vis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum
et inane dicta auctoritate decernimus, non obstantibus priori volun-
tate nostra praefata, ac lateranensis concilii novissime celebrati, unio-
nes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentes, aliis
quæ constitutionibus Apostolicis ac Monasterii et ordinis praedicto-
rum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibus-
unque. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Do-
minice 1588. Idibus Octobris Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCCLXXXVII. 1588. 1. Novembris.

Constitutiones et Decreta omnibus Ecclesiarum Rectoribus ac Presbyteris per Dioecesis
Ratisbonensem observanda, Ingolstadii 8. typis Wolfgangi Eder, anno 1588. *)

Præface.

Jacobus Myllerus Is. Theol. Doctor, pro Ecclesia et Episcopatu
Ratisbonensi Vicarius Apostolicus etc. Venerabilibus nobis in Christo
dilectis omnibus et singulis Archidecanis, Decanis, Ecclesiarum Rec-

*) Continentur etiam apud Lüning, in Spicilegio eccles. Contin. II. pag. 870 —
885. et apud Harzeim, in Collectione Concil. german. Tomo VII. pag.
1057 — 1075.

toribus sive Plebanis, Vicariis, Provisoribus, Beneficiatis, divinorum officiorum Cooperatoribus ac universo Clero per Episcopatum Ratisbonensem salutem in Domino. Cum primum nobis rerum spiritualium Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis cura, a fermo Domino nostro Sixto V. Pontifice maximo leco et hominem Revni in Christo Patris, serenissimique Principis Philippi Episcopi Ratisbonensis, Comitis Palatini Rheni ac utriusque Bavariae Ducis etc. Domini nostri observandissimi demandata est, illud pro virium nostrarum tenuitate conati sumus, ut, quae optime in eo munere proposita in primis esse debent, ea nos et quoad cultus divini restorationem atque augmentum, et collapsae Ecclesiastice disciplinae ac morum christiana pietate dignorum restitutionem sedulo curaremus. Quod cum aestate proxime praeterita, ut ab optimo Pontifice jussi fueramus, per generalem Visitationem (quae ratio ad id praestandum ab optimis et prudentissimis viris maxime conyenientibus ac salutaris semper judicata est,) efficere proponimus, gravibus aliis curis et molestiis non sine dolore ab hac cogitatione avocamur, at am plu et necessarium opus in sequentem aestationem tempus (ubi Deus vitam concesserit,) magis opportunum reicere debuimus. Ut autem malis et afflictis rebus vel aliqua ratione occurratur et consultatur, vos etiam melius, quae munera et officia vestri sint partes, intelligatis, et eas evitare possitis poenas, quas in futura Visitatione, que rei et negligentes reperti fuerint, omnino non effugient, infra scriptas Constitutiones ex sacris Canonibus, et praesertim Tridentini Concilii Decretis et Statutis Metropoliticis desumptas, ad morum honestatem, vitae sanctimoniam et Sacramentorum debitam ac condignam administrationem perutiles, salutares ac necessarias, donec Decreta futurae Reformationis plenius conficiantur, vobis omnibus et singulis observandas proponere voluitus. Rogamus igitur omnes et per viscera misericordiae Christi Domini obsecramus, ac pro authoritate nostra serio mandamus, ut illas quanto maximo potestis amore et pietate amplectamini, legatis, sequamini, totos vos ad easum sententiam rationemque accomodetis, ut reliqui etiam homines morum vestrorum mutatione, innocentia et pietatis perseverantia ad cultum virtutis et officii christiani hominis incitentur. Nobis porro, ut in his Constitutionibus nihil propositum fuit, nisi Dei gloria et vestra ac multorum salutis, sic nihil optatius esse potest, quam ut ita serventur, ut poenis, quide delinquentibus propositae sunt, nullas locus relinquatur, magisque in agendo vestra religio ac probitas, quam nostra in decernendo diligentia commendetur. Valete feliciter nostri in vestris

sanctis Sacrificiis et Orationibus memores Ratiponae ipso die omnium Sanctorum anno Domini 1588.

Num. MCCLXXXVIII. 1588. 13. Dec. Ex Originali.

Commissionis papalis facta Jacobo Müller Vicario Apostolico et Administratori Episcopatus Ratisbonensis ad instituendam Visitacionem omnium locorum et personarum ecclesie in Dioecesi Ratisbonensi.

Dilecto filio Jacobo Millero Vicario in Ecclesia Ratisbonensi per nos deputato, Magistro in Theologia.

Sixtus PP. V.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum nos nuper te Vicarium in Ecclesia Ratisbonensi, cuius dilectus filius Philippus, nobilis viri Gulielmi Bavariae Ducis natus, Administrator existit, per alias portas in forma Brevis confectas litteras constituerimus, et nobis innotuerit, multa in iis locis visitatione, correctione et reformatione indigere, enixe cupimus, ut in hoc grege dominico nihil, quantum fieri potest, reperiatur, quod divinam Majestatem merito offendere queat, atque in dicta et aliis omnibus Civitatis, et Diocesis Ratisbonensis Ecclesiis omnia rite gerantur: tibi per praesentes in virtute sanctae obedientiae praecepimus et mandamus, quatenus praefatam, ac omnes et singulas Collegias, et parochiales, ac alias quaecunque Ecclesias, dictarum Civitatis et Diocesis, neconon quaecunque Monasteria tam virorum, quam mulierum, et praesertim superius et inferius Canonissorum sancti Augustini, in quibus educantur Virgines nobiles, ac sancti Emerami Ordinis sancti Benedicti dicte Civitatis, etiam Sedis Apostolicas immediate subjecta, ac aliorum Ordinum etiam mendicantium, et quaecunque hospitalia, dignitates ecclesiasticas, Beneficia omnia quovis nomine nuncupata tam intra, quam extra muros dictarum Civitatis et Diocesis, consistentia, ac Abbes, Piores, Guardians, Abbatissas, Priorissas, et quaecunque personas in illis degentes auctoritate nostra visites, et quaecunque juxta Decreta sanctorum Patrum, et canonicas Sanctiones, ac regularia dictorum Ordinum Instituta ac tibi datam a Deo prudentiam ad ipsorum Monasteriorum, Ecclesiarum, domorum et aliorum praedictorum ornatum et divinum cultum, et ecclesiasticae ac regularis discipline restitutionem et augmentum reformanda, cor-

rigenda reformatio: corrigas: necnon de statu Ecclesiarum, Monasteriorum et locorum eorundem, vita quoque et moribus Abbatum, Abbatissarum, Priorum, Canonicatus et praebendas, ac dignitates, capellianas et beneficia in eisdem obtinentium, nec non monachorum, fratrum, monialium et personarum regularium, et saecularium hominum studiose inquiras, ac contra illos, quos criminosos et sui munieris immemores ac negligentes repereris, procedas et processus ad nos transmittas; necnon Ecclesias, Monasteria, domos et alia praefata reparatione indigentia ex ipsorum fructibus restaurari et reparari cures, ac horas canonicas et alia divina officia, ut decet, celebranda, ac illos, qui Ecclesias praesertim parochialibus, et aliis beneficiis suis etiam curatis per se ipsos deservire non possunt, ad idoneos ibidem capellanos cum Salario competente tenendos cogas et compellas. Denique omnia et singula, quae juxta Instituta et Constitutiones summorum Pontificum ad omnipotentis Dei honorem ejusque religionis augmentum, et animarum salutem ac Christi fidelium omnium exemplum, ac felicem gubernationem et bonum regnum Ecclesiarum, ac Monasteriorum et personarum hominum necessaria seu quomodolibet opportuna videbuntur, geras, facias, statuas, disponas et exequaris, contradictores quoslibet et rebelles cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existentes, ac Capitula et conventus praemissis non parentes, per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuria et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus quibuscumque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum et aliorum praedictorum iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboretur Statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, adprobatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiam si de illis communque totis tenoribus specialis, species, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevit alia expressio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanuria, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver-

bum de indulto hmoi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XIII. Decembris 1588. Pontificatus nostri anno IV.

Num. MCCLXXXIX. 1589. 4. Jan. Ex Diplomatario.

Sixtus Papa V. commendat aerenissimo Duci Bavariae erectum Collegium S. I. Ratisbonae.

Dilecto filio, nobili Viro Guilielmo Bavariae Duci.

Sixtus PP. V.

Dilecte fili, nobilis Vir, salutem et Aplcam benedictionem. Nuper certis causis adducti Monasterium Canonistarum S. Pauli Ratisbon. sub regula S: Benedicti, ac in eo omnem statum et essentiam regulares perpetuo supprimi et extingui, et apud illud unum Collegium presbyterorum Societatis Jesu, qui firmissimum ibidem pro fide catholica praesidium esse possent, erigi et institui, illique sic erecto et instituto orania et singula dicti Mönasterii suppressi bona, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta applicati et apprbpriari, per alias nostras litteras mandavimus, prout in dictis litteris plenus continetur. Cum autem enixe oupiamus, dictum Collegium juvante Deo stabiliti, et in die magis felicia suscipere incrementa, atque ipsum et ejus bona conservari, necnon presbyteros praedictos, et dicti Collegii personas ibidem pro tempore existentes quiete et absque aliquorum impedimento ipsorum munia juxta laudabilja dictae Societatis instituta ad Dei laudem et honorem, et fidem incrementum et proximorum salutem ac juventem peragere et adimplere posse, de tua erga personas et loca Ecclesie eximia pietate, et Sedenti Aplcam devotione confisi, ac sperantes, ut quae tibi fitjungenda censuerimus, prompte et laudabiliter adimpletur us sis: Collegium praedictum illiusque personas et bona protectioni et defensioni tuae in Domino commendamus, rogantes et hortantes tuam Nobilitatem, quatenus in conservandis, protegendis Collegio et Presbyteris, ac bonis praedictis sic eos benigni favoris et protectionis auxilio prosequaris, quod tuae Nobilitatis sueti praesidio possint Deo propitiis semper magis prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium, et a nobis dictaque Sede condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die IV. Januarii 1589. Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCCXC. 1589. 11. Aprilis. Ex Impresso originali.

Indictio Visitationis generalis in Dioecesi Ratisbeneria.

Jacobus Müller ss. Th. Doctor, Ecclesiae et Episcopatus Ratisbon: Vicarius et Visitator Apostolicus, Judex ordinarius atque generalis etc. Praepositis, Decanis et Capitulis Ecclesiarum Collegiarum, Rectoribus Monasteriorum, Abbatibus, Prioribus, Abbatisse et Priorissis, ac omnium et singularium Ecclesiarum Pastoribus et Curatis salutem in Domino sempiternam. — Cum Revmus et Serenissimus Princeps Philippus, hujus Ratisbon: Ecclesiae Epus, Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux commissum sibi munus ob actatem obire adhuc non possit, sua Sanetitas, Sixtus Papa V. nobis (etsi ad tantum quas sustinendum viribus impares sumus;) aliquam partem sui officii commisit, atque inter alia serio injunxit, ut generalem Visitationem instituamus, per quam, quis status et conditio hujus Episcopatus sit, probe deprehendatur; facile enim intelligit optimus Pontifex, hoc tempore in medendis Ecclesiae aegritudinibus id evenire, quod in curandis humanis corporibus accidere solet: sicut enim his medicinae parum proficiunt, nisi morborum cause et origines vel ex propria aegroti confessione, vel artis ipsius praceptis cognoscantur, ita et in illis contingit, ut nimis si, quibus reformati onus impinguatur, nesciant, qua via quibusque modis rem aggrediantur, nisi per Visitationem canonicam, atque diligentem inquisitionem, id ipsum perdiscant et scrutentur. Nos igitur magiores accepti Mandati, et ut impositum nobis munus juxta mentem ac voluntatem S. D. N. p[ro]fideliterque exequamur, decrevimus oum consilio et assistentia Reverendorum ac Nobilium Dominorum, venerabilis Capituli Ecclesiae cathedralis et aliorum, visitationem generalem, ut praeferatur, quam primum et hisce diebus inchoare, et Deo auxiliante sub protectione et patrocinio serenissimi Principis ac Domini, Domini Guilielmi, Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariae Ducis, etc. Domini nostri clement. (qui nobis pro suae serenissimae Celsitudinis erga Deum et illius Religionem catholicam insigni zelo omnia operata et auxilium in suis ditionibus benignissime obtulit,) juxta sacros Canones, hac aestate, ut speramus et in Domino confidimus, ad optatum finem perducere. Quapropter virtute potestatis in hac parte a S. D. N. nobis concessa atque peculiari bus litteris demandata, vobis omnibus et singulis supra nominatis Visitationem a nobis instituendam et faciendam significamus atque indicimus, omnes et singulos vos in Domino monentes, ac per Christum Dominum nostrum obrestantes,

et hanc S. D. N. curam et sollicitudinem, cum ad salutem animarum vestiarum, tum Ecclesiae hujus Ratisbonensis commodum et decorum, propensis animis et obsequentissimis studiis complectamini, hor tamurque ac monemus, ut praesto sitis die per nos opportune ad Visitationem singularum Ecclesiarum praefigenda, ad quam diem quoque cupimus, ut omnia, quae ad Visitationem pertinent, comparata habeatis. Quod si autem quispiam eiusdem ordinis dignitate, qui in medium aliqua proferre voluerit, quae ad Dei immortalis laudem, Ecclesiae animarumque salutem pertineant, eum in Domino iterum atque iterum rogamus, ut nobis ea in re verbo vel scripto operam suam fideliter praestet, laboris nostri fructusque illius partem apud Deum habiturus. Sed quoniam a capite tanquam primario membro corporis curatio congruo ordine suscipitur, a cathedrali Ecclesia, quae aliarum in hac Civitate et Dioecesi caput est, Visitationis hoc munus inchoando, diem illi statuimus XV. mensis Maii, atque ad eundem diem non solum Reverendum et Nobile Capitulum, sed universum etiam Clerum totius Civitatis monemus et horiamur, ut ad initium Visitationis, hora matutina octava, in praediota Ecclesia ad divina officia compareant, ac Deum una nobiscum pro Spiritu sancti assistentia et felici exitu totius Visitationis devote ac religiose deprecetur, quod nobis de omnibus pro innata illorum virtute et erga Deum pietate facile pollicemur. Datum Ratisbonae in Consistorio Episcopali die undecima Aprilis, quae eat dies sancti Leonis optimi et piissimi Pontificis, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo nono.

Simeon Strobl publice, ac Officium Vicariatus Ratisbon. Notariorum in fidem si.

Cum Sigille Vicariatus impresso.

Num. MCCLXCI. 1589. 27. Maii. Ex Originali.

Schreiben des Herzogs Wilhelm an den General Vikar Doctor Jakob Müller, die Visitation des Bistums Regensburg betreffend.

Von Gottes gnaden Wilhelm Pfalzgrave bey Rhein, Herzog in Ober- und Nyderbayrn. Unsena Grus zuvor. Würdig und Hochgelehrter, besonders Lieber und Getreuer! Wir haben Euer Schreiben, die von euch fürgenommene General - Visitation durch' den ganzen Stift Regensburg betreffend, empfangen und wissen uns gnädigst wol zu erindern, das ihr bievor auch etlichmalen davon Anregung ge-

than, und schon langhero damit ior Werkh, welches Wir nun anders nit, als gutherrig und zu dem Ende, darzu die Visitationes auf gesetzt, verordnet und gemaint sein, spüren und erachten können. Da wir aber den Frucht, so aus solchem Werkh zu hoffen, item dasjenige, so darzu vonnöthen, und der jetzigen Zeit, auch euer Ambtsbeschaffenheit erwägen, fallen Uns allerhand sachen für, deren wegen Wir solche Visitation auf den modum, wie Irs vor euch habt, diesmals einzutellen und auf eine andre Weis fürzunehmen vermainen; dann wir halten dafür, Ir waret allain die Gaistlichen und Priesterschaft, und nit auch die Layen zu visitiren gedacht, da möchte vielleicht gleichwol, soviel das Bissthüm belangt, etwas Nutzen geschafft werden, indem etliche untaugliche Priester abgeschoben und andere an deren stat gesetzt; es ist aber nit zu hoffen, dass unserm Landt vast dadurch geholzen werde, dieweil solche Priester sich alsbald in einem andern Stift unsers Landts um Anstandt und Gelegenheit bewerben, dieselbe auch bei jetzigen Mangel an Priestern leicht behkommen würden. Damit demnach die grosse Müh und Unoosten, so über die Visitationes gehen, recht angewendt würden, wär ain Noturft, dass der Metropolitanus und alle Ordinarii, deren Grisam sich in unser Lanndt erstreckt, sich mitainander verglichen, durch Ir jedes Bistumb zu visitiren, und diejenigen Priester, so nit zugedulden, mit gesambten Rat auszureuten; und soviel nun die Müh und Arbeit betrifft, so zu einer Visitation gehörig, wisset Ir selbs, dass solche nit schlecht, und so würde bei jetzig teuern Zeiten und zu so vielen Wochen, ja Monaten, so hiezu vonnöthen, kain schlechte Summe Gelts, sonderlich auf soviel Personen, als euerm Anschlag nach sein müssten, erkleckhen. Nun wissen Wir aber nit, woher eine solche Summe zu nemmen; dann ob Ir wol die Priesterschaft zu belegen Vorhabens, ist doch dieselb mit soviel andern Contributionen dermassen beschwerdt, dass Wir schier nit sehen, wie innen ain merers aufzudringen, und ist zu besorgen, es würde der alterwenigst Tailichts geben können. Zudem wissen wir nit anders, als dass der Brauch nie gewest, den Visitatoren Zehrung zu geben, dabei es noch bleiben sol, ausser den Klöstern, alda die gemain Lieferung geraicht worden. Sollte dann ain so merkhliche Ausgab dem armēn Stift, so jetzt viel ersparren und erhausen sol, aufgepunden werden, lässt es sich übel tun, und Wir wolten uns dessen ausser Consens eines würdigen Thumkäpitels, von dem aber derselbe besorglich nit leicht zu haben, nit gern ammassen, khünftige Nachred zu verhüten; dann so ist Una das maist auch umb dies, das Wir nit sehen, wie Ir, als der

If im Jurisdictionalibus allerdings den Bischof repräsentirt sind General Vicarius seit, solange Zeit, als die Visitation erfodern würde, aus der Stadt Regensburg werdet abwesen sein können; dann zu bedenken, dass dies ein Reichs- und solche Stadt sei, so gegen und mit einem Bischofe allerley Hendl hat, und alda sich schier täglich sachen zu tragen, daraus grosse Weiterungen entstehen mögen, damit ein vernünftig und erfärner Mann, der allen genugsaften Gewalt hat und denselben zu brauchen wisse, vorhanden, bevorab dieser Zeit, da der Stadtrat ohne das vielleicht wegen St. Pauls genau suchet und etwas schwierig ist, daher euer Gegenwart mer als sonst vonnöthen; so ist dies orts eine grosse Clerisei und wär zu besorgen, soviel Ir aufm Landt gut machen, soviel würde solche Zeis in der Stadt Schaden beschehen und es daselbs bald wieder einer neuen Visitation bedürfen. Ferner ist zu besorgen, es stehu bei etlichen Pfarrern die sachen so seltsam, dass sie in so kurzer Zeit, als Ir bei jedem zu bleiben, nāmlich einen halben oder ganzen Tag, wenig auszurichten: so mag es sich begeben, dass ein solcher, so visitirt würde, bald darauf entwiders von demselben Ort anderswohin ziehe oder gar stürbe, da wär nun aller aufgewandter Uncosten vergebens und umsonst, und vonnöthen, dass man gleich wieder visitirte. Wir hören, der Bischof von Augsburg hab neulich durch seinen Stift auch visitirt und vielleicht noch, aber diesen Modum gehalten, dass er einen Decanum oder Decanat nach dem andern zu sich ervodert, über alle nothwendige sachen weitläufige und gebürende Examina angestellt, und vast eben das verricht hat, so durch aigen Herumschickchen hätt beschehen können. Solchen modum visitandi liessen Wir uns im Stift Regensburg auch gefallen, dass Ir nāmlich ein Decanat, oder auch, bei denen es vonnöthen, jeden Pfarrer und Priester nach dem andern zu euch in die Stadt beschriebet und beruffet, da hättet Ir zu jedem Zeit genug, jeden nach Notturst zu besprachen, zu examiniren, zu catechisiren und so fern es vonnöthen tätt, stracks mit Gefänkhnuß oder sonst zu straffen, oder gar zu priviren, alles nach Gelegenheit aines jeden Wol- oder Ueblyverhaltens, damit blickt Ir beim Stift und eurer ordinari Stell, und khäme mancher Priester mit geringsten Costen hinein, wendet einer schon etwas wenigs auf, hätte sich doch dessen khainer mit Billighait zu beschweren. Ob es aber wol nit allain um der Priester Personen, sondern auch umb die Kirchen, derselben Ornat, Stiftungen, und mer anders zu tun, khann danoch auch von selben allen also im Abwesen Bericht genommen, daneben aber auf eine anige Person gedacht werden, die am gute

geraumte Zeit im Stift heranzieht, jetzt daß dann dort eingeholt, daß man an khainem Ort sieben oder achtzehn wann er daher kommt, welches dann mit schlechtem Abschreitung geschah. Dadurch würden die Priester im immerwährenden Vorsorge gehalten bis das vorigste nach fürübergangenen Visitationen dialetico Diag oft hägen als die ersten werden, indem sich an jeder sicher zu sein wäre, daß er in langer Zeit mit mir visitirt werde, und ist schier zugedeckten, da Ich einen visitiren solet, so würde doch an jeder die Mängel, so er hat, also solonien, indem ein jeder von ihnen sorgmessen somit als sein würde, etlich Tag zuvor wie auch am selben Aufschreiben gewissenkönner, wan es an jedem Ort abhören würde, daß man den rechten Gnadt der Wahheit bei welchem mit erfahren würde. Möget euch hierüber bedenken, und Wir bleiben euch mit Gnaden wolgewogen. Datum München den 27 May anno 1590.

Wilhelm manu propria.

Cum Segno impresso.

In einem folgenden Schreiben, d. 1590. In Jülich meldet der Herzog, daß er sich den vom Doctor und Administratore Müller gesuchten Prebischis quoad modus, vitandi gefallen lasse, wortrag deinceps dieser mit rechtmäßigen cirtion Priestern auf dem Geyr zu visitire Gewalt und Befindes gehemmette. Da er über an allen Orten in eigener Person heranziehen möchte möglichst wünsche Der Herzog überordnet zu diesem Zwecke vier gleichaufwerte Patentes, um an jedem jeden der Delegirten eines zuzustellen, und hoffet, ob durch diese Mittel der Sache bis zu weiterer Fürschung ziemlich gesteckt werden wird. Ettore

Num. MCCXCI. 1590. 26. Juli.

*Ornat⁹ ecclesiastic⁹ hoc est Compendium praecipuarum rerum, quibus
quaevi rite decenterque composite Ecclesiae extornari ac redimiri debent; — lati-
ne et germanice conscriptum a Jacobo Müller fa. Th. D. regnum Ecclesiae et Episcopatus
Ratisbonensis Vicario Apostolico. 2. Monachii 1591.*

Elogium in opus prefatum.

Philippus divina gratia confirmatus Episcopus Ratisbonensis,
comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux etc. admodum Reve-
rendo et doctissimo viri Jacobo Müller, Episcopatus nostri Ratisbo-
nensis in Spiritualibus Vicario Apostolico, fidei et nobis sancte di-
recto salutem. Et res et veritas ipsa concedit ut librettus illius unum

christianae pietatis atque salutis doctrinae plenum, qui Ornatus ecclesiasticus inserbitur, non magni modo nos aestimemus, sed etiam omnium bonorum praeconio celebrandum arbitremur. Ut enim causas, quibus ad scribendum justissime adductus es, silentio præteremus, haud obsecre perspeximus, quam in obsequia Dioecesi nostra studium tuum diligens ac per vigil finarit, quoniam nullus a te non suscepimus labor, qui ad rerum divinarum cultum religiose procurandum atque ad Deo Opt. Max. gloriam amplificandam pertineret. Itaque nobis si alias unquam in eam ingredi spem omnino nunc licet, fore, ut ex iste per quam elaborato opere non minus res ecclesiastica, praesertim Ratisbonensis, emolummentorum capiat, quam ex tua proxima Visitatione (anno 1589. instituta,) communi approbatione tum rebus sacris, tum hominibus ipsis accessit. Quo in utroque tuo erga nos ac Dioecesim nostram merito non te solum egregie fidelem praebuisti, sed etiam prudentiae laudem prete sumnam tulisti. Et enim in illa tua Ecclesiastica Iustificatione, quod votis communibus expetebatur, cum rem ecclesiasticam in pristinum, quoad fieri per te potuit, nitorem restitisti, tum illa omnia libro super eodem argumento in lucem edito rationem ejusmodi reperisti, ut ecclesiasticæ suppellectilis Ministrorumque sacrorum trandidit, integritas atque sanctitas in perenni suo decore conservaretur. De reliquo vero monere te nihil habemus necesse, at in hoc pio tuo de Episcopatu nostro bene merendi studio et ardore persistas, siquidem Deum Opt. Maxi qui mandavit Sacerdotibus quidem illud: Mundamini, qui fertis vasa Domini; de sacro autem apparatu; Omnia Vasa, quibus ministratur in Sanctuario, involvent hyacinthino pallio etc. large munificum experieris. Datum Ingolstadii 16 Julii anno Domini 1590.

Philippus Episcopus Ratisbonensis etc.

Num. MCCXCIII. 1591. 26. Augusti Ex Impresso originali.

Jakob Müller, der Theologie Doctor und General Vicar des Bisphums Regensburg macht die Klöster - Vorstände, Ruraldekanen, Pfarrer und Seelsorger auf die Bedrängnisse und Gefahren gegenwärtiger Zeiten, besonders auf den unvermeidlichen Einfall der Türken ins Königreich Ungarn aufmerksam. Um den Zorn Gottes zu bekümmern und seine Hilfe zu erfrischen, wird der Clergy und das Volk zur Beicht, Buße, seelischer Besorgung und auferbaulichen Leben dringend er-

mahne), auch ein allgemeines Gebet, ausgesprochen. Es soll sehn im üglichen Opfer, der heiligen Messe, Priester und Volk, eifrig an Gott, Rohen, sich, den Seinigen, gädig zu erharmen, sie von den abwesenden Gefahren nach seiner Gnadenheit zu beschützen, und besonders das liebe deutsche Vaterland in Friede, Ruhe und Einigkeit zu erhalten. Zur Erinnerung aber an die grossen, gegenwärtig obwaltenden Gefahren soll täglich um 12 Uhr Mittags, bis zu Ende des Advents in allen Kirchen der Diöcese die grössere Glocke 1½ stund' geläutet werden, und auf dieses Zeichen soll jeder, er mag sich wider zu Platze, oder auf dem Felde befinden, in Demuth und dorfallen, und dem Herrnherzigen Gott mit aufgehobenen Händen eifrig um Abhilfe anflehen. Gegeben im Fürstlich Bischoflichen Consistorio zu Regensburg den 26 August 1691.

Simon Strobl officit Vicarius Ratisbon: Notarius juratus sc.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCGXCIV. 1592. Oct. Ex Diplometario.

Brevi Apostolicum, quo Coenobium Biburgense unitur Collegio S. J. Ingolstadii.

Claraens RR. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex Apostolicæ Sedis benignitate provenire dignum est, ut Religiosis, qui pro catholica religione propaganda studium et operam suam ubique locorum et gentium indefessis laboribus, ac propensa sollicitudine ad Dei gloriam et populum salutem impendunt, in eorum necessitatibus congruum suscipiant relevamen. Nuper siquidem dilecti filii, nobilis viri Guilielmi Bavariae Duci nomine nobis expositum fuit, quod postquam bonae memoriae Albertus Bavariae Dux, ejus genitor Collegium S. I. in oppido Ingolstadiensi Eystettensis Diocesis erexerat, permittente (ut creditur) fel. record. Pio Papa IV. Praedecessore nostro, fructus, redditus et proventus Monasterii Biburg nuncupati, Ordinis sancti Benedicti, quod etiam tunc desitutum erat, eidem Collegio pro ipsius manutentione applicati, vel alias per ipsius Collegii rectorum et ministros percepti, et in Collegii praedicti usus conversi forsitan extiterunt. Nunc autem cum ipse Guilielmus Dux Collegium praedictum non solum perfecerit, sed etiam non parum auxerit, et obuberes fructus, quos Presbyteri dictae Societatis in illis partibus ad catholicae religionis propagationem et implantum hactenus extirpatio-

nem profert, quotdicit manus stabant, et illius personis de eongru
susceptione provideri desideret, ejusdem Guillermi Ducis nomine
nobis humiliter supplicationem fecit, ut Thomas seruum praedictum, quod
jam a trinitate depeccatum auctoriter Monachis destinatum reperitur,
eisdem Collegio personam suam digharemur. Nos igitur laborum,
quos Presbyteri et clericorum tam in universum, quam singillatim
in Ecclesia Dei sustinent, et fructum, quos merunt, condignam ra-
tionem habentes, ac plus ejusdem Guillermi Ducis supplicationibus
benigne annuentes, ac verum et ultimam dicti Monasterii vacationis
modum, etiamsi devolutum aut ex generali reservatione Apostolica
affectum existat, ac veros etiam annuos valores ejusdem Monasterii,
atque Collegii praefati, necnon cujuscunque concessionis seu appli-
cationis fructum dicti Monasterii Collegio hmoi, si quae vel a praedicto Pie IV, vel anno quocunque Ratisbo. Pontifice, vel ejus per-
missu facta unquam fuerit, tenores praesentibus pro expressis habe-
tes; sin autem concessio vel applicatio aliqua, ut praefertur, facta
extiterit, omnes et quoescunque fructus, redditus et proventus ex
dicto Monasterio per Collegium praedictum et filius rectorem ac mi-
nistrorum indebite forsan perceptos eidem Collegio gratiisse remittentes
et consonantes, ab eodem Monasterio Biburgensi omnem statum,
essentiam, dependentiam inquitque ac fiduciam regulares auctoritate
Apostolica tendre praesentum perpetuo supprimimus et extinguimus,
atque illud cum omnibus membris, iuribus et pertinentiis suis uni-
versis eidem Collegio S. J. Ingolstadiensi similiter perpetuo unius,
protectius et incorporatus, ita, ut licet ejusdem Collegii rectori,
praedicti Monasterii ac membrorum, jurum et pertinentiarum praedictorum ipsius Collegii nomine propria auctoritate libere apprehe-
dere, ac perpetuo retinere, ac debitis et consuetis ipsius Monasterii
supportatis oneribus residuos illius fructus, redditus et proventus in
praedicti Collegii usum et utilitatem convertere, atque de illis ad
hunc effectum libere disponere, alienatione tamen quoruncunque
bonorum immobilium et pretiosorum mobilium illis penitus inter-
dicta, ac proviso, quod ejusdem Monasterii congrue supportentur
onera consueta. Quocirca dilectis filiis Philippo Epatus Ratisbo-
nensis Administratori, et Caspari Electo Eystettensi, necnon causarum
Curiae camere Apóstolicae generali Auditori per praesentes
committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum
per se vel alios praesentes litteras et in eis contenta quaescunque,
ubi et quando opus fuerit, et quoties pro parte dicti Collegii vel
illius rectoris fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in pra-

1260

missis efficiens defensionis, protegere castitatis, facientem castum nuntiis
nostra illis praemissorum effectu pacifice, fuit et quendam, non per-
mittentes, eis desuper a quoquam quomodoque indebet cunctis,
contradicentes per censorias ecclesias aliquae opportuna iuris et facti
remedia, appellatione potius, compescendo, invocato etiam id
hoc, opus fecit, auxilio baptizans sacerdos, non obstantibus
constitutionibus et ordinatiqibus Apostolicis, et contraria quibuscum-
que. Datum Tusculi sub annulo piscatoris die secunda Octobris
1592. Pontificatus nostri anno primo.

M. Petrus Barbianus J.

Num. CCXCV. 1593. 15. Januarii. Ex Originali

Breve, Papae Clementis VIII, quo Jacobus Müllerus seu Vicarius, Officialis et Ad-
ministrator Epatus Ratisbon, confirmatur.

Dilecte filii salutem et apostolicam benedictionem. Cum, pri-
or accepimus, felicis recordationis Sixtus Papa V. Praedecessor no-
ster te Ecclesiae Ratisbon. cuius dilectus filius Philippus nobilis
viri Guilhelmi Bavariae Ducis natus Administrator existit, tam in
temporalibus, quam in spiritualibus Vicarium ad suum et Sedis Ape-
stolicae beneplacitum per quasdam prime constituerit et deputaver-
it, et deinde per alias suas in forma Brevis confectas litteras, ut
munus sibi impositum rite adimplere valeres, quam plures tibi facul-
tates concesserit, prout in singulis litteris praedictis plenius contine-
tur, Nos te, de cuius fide, probitate, industria, integritate ac in re-
bus agendis solertia plurimum in Domino confidimus, specialis fa-
vore gratiae prosequi volentes, ejudem Philippi in hac parte suppli-
cationibus inclinati, constitutionem et deputationem ac facultatum
concessionem, necnon super eis confectas litteras praedictas et in
eis contentia quaecumque apostolica auctoritate tenore praesentium
approbamus et confirmamus, ac praesentis acripti patrocinio commu-
nimus, teque in dictae Ecclesiae tam in spiritualibus, quam tempo-
ralibus Vicarium, Officialem et Administratorem ad nostrum et dio-
tae Sedi beneplacitum, cum facultibus tibi per eundem Sextum
Praedecessorem, ut praefertur, concessis de novo, quatenus opus sit,
constituiimus et deputamus, non obstantibus constitutionibus et or-

— 126 —

